THEOPHILI CHRISTOPHORI

HARLES

ANTHOLOGIA

GRAECA POETICA





NORIMBERGAE

IN OFFICINA FELSECKERIANA

CIↃ IↃ CCLXXV



PRINCIPI SERENISSIMO DOMINO

DOMINO

FRANCISCO FRIDERICO ANTONIO

DVCI SAXONIAE

ET

PRINCIPI HEREDITARIO

TERRARVM COBVRGO - SAALFELDENSIVM

ETC. ETC.

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO

HVNC LIBELLVM

SVBMISSE ET DEVOTE

D. D. D

THEOPHILVS CHRISTOPHOR. HARLES

PRINCEPS HEREDITARIE SERENISSIME

DOMINE INDVLGENTISSIME



VO nomini SERENISSIMO hanc inſcribere Anthologiam, eo minus dubitaui, quo altius infixa eſt menti gratae meae memoria lenitatis, qua olim erga me, Coburgi commorantem et in illuſtri gymnaſio academico

docen-

docentem, femper vfus fuifti, et quo firmius inhaeret oculis fuauiffimae imaginis TVAE, quae mihi haec fcribenti, tamquam dea blandiffima, obuerfatur, memoria, quam nulla aetas obfcurabit, nedum delebit. Atque, qui Chreftomathiam graecam, TIBI fubmiffe dedicatam, Sereniffimo accepifti vultu, fore, vt hanc Anthologiam pari Serenitate excipias, pro iis, quae in TE refident, diuinis virtuti-

bus,

bus, humanitate, comitate, beneuolentia ac benignitate ſpero et confido: ſaltem id vt facias, mihique, hunc libellum TIBI, DOMINE, cum teſtificatione deuoti gratiſſimique animi danti et dedicanti, indulgentiſſime ignoſcas, ſubmiſſe oro rogoque. Ego vero pro TVA *domusque Sereniſſimae Coburgenſis* perpetua felicitate atque incolumitate ad ſidera preces numquam non mittam ardentiſſimas. Vale,

dulce decus, ſpes et praeſidium TVORVM. Scrib. Erlangae d. V. Aprilis CIↃ IↃ CC LXXV

PRAE-



PRAEFATIO



Septem fere ſunt anni, quum Chreſtomathiam graecam poeticam in vſum ſcholarum potiſſimum mearum Coburgenſium edidiſſem. Hanc poſtquam vidi doctoribus quibusdam cum academicis tum inprimis ſcholaſticis haud ingratam, et magno cum fructu diſciplinae ſuae alumnis explicitam fuiſſe, quod quidem cum teſtificatione grati laetique animi declaro: alteram hanc editionem eo maiore cum voluptate ac maiore cura paraui, et ita inſtruxi, vt noua plane recenſio nouumque opus videretur: quae quidem cauſſa quoque fuit praecipua, vt alium collectioni huic darem titulum. Atque paucis indicabo, quae a me mutata fuerint. Primo alium ordinem poematum delegi, vt a facilioribus ad difficiliora commodius progredi poſſent iuuenes. Tum multa noua ex

Anacreonte, Mimnermo, Tyrtaeo, Bione, Theocrito atque epigrammatibus adieci carmina. Porro, quae de vita editionibusque singulorum poetarum ſcitu neceſſaria viderentur, aut certo dici poſſent, ſuo quaeuis loco praemiſi, quoniam iuuenes in notitiam auctorum veterum ante omnino adducendos arbitror, quam lectionem ipſam adgrediantur. Plures praeter ea contuli editiones, quae vel antea in manus meas nondum venerant, vel poſtea demum, quam edideram Chreſtomathiam, a viris doctis fuerant curatae. Singulas quidem ſuo loco indicatas reperies; hic tantum commemorabo rariſſima duo exempla, quorum frequentem, at paucis, feci mentionem: *Carmina nouem illuſtrium feminarum, Sapphus, Erinnae, Myrus, Myrtidis, Corinnae, Teleſillae, Praxillae, Noſſidis, Anytae; et Lyricorum, Alcmanis, Stesichori, Alcaei, Ibyci, Anacreontis, Simonidis, Bacchylidis; Elegiae Tyrtaei et Mimnermi. Bucolica Bionis et Moſchi. Latino verſu a Laurentio Gambara expreſſa. Cleanthis, Moſchionis, aliorumque fragmenta nunc primum edita ex bibliotheca Fuluii Vrſini Romani. Antverpiae ex officina Chriſtophori Plantini* CIϽ IϽ LXVIII. Rariſſimum hunc librum Pl. Reuerendus *Panzer*, miniſter verbi diuini apud Noribergenſes optime meritus, variisque ſcriptis clarus, ex bibliotheca ſua locupletiſſima multisque

tisque libris rarioribus inſtructa mihi lubentiſſime commodauit, quam inſignem beneuolentiam palam non praedicare, ingrati foret animi. At enim quamquam lectiones, quae nobis quidem in praeſenti nouae aut aliis meliores videri poſſent, non dedit Vrſinus, quin potius haud raro vitioſas retinuit: antiquiſſimas tamen et primas interdum noſcere debet Criticus. Tum frequenter conſului, et paucis laudaui librum aeque rarum, eumdemque praeſtantiſſimum; *Poetae graeci principes heroici carminis et alii nonnulli, Homerus, Heſiodus, Orpheus, Callimachus, Aratus, Nicander, Theocritus, Moſchus, Bion, Dionyſius, Colutbus, Tryphiodorus, Muſaeus, Theognis, Phocylides, Pythagorae aurea carmina, fragmenta aliorum.* Anno MDLXVI. *excudebat Henricus Stephanus, Illuſtris viri Huldrichi Fuggeri typographus.* Ob maiorem vero librorum adparatum, et quod tum Coburgi tum in noſtra Friderico-Alexandrina Vniuerſitate illam Chreſtomathiam aliquoties interpretatus ſum, factum eſt, vt animaduerſiones ſubinde creſcerent: et tamen, ne multitudine vtilitas libelli praecideretur, multas, quae leuiores viderentur, poſtea deleui. Neque vero adhuc deerunt, quod quidem facile praeuideo, qui de mole notarum, aut, vt ingenioſe ſcilicet cenſor quidam editionis meae

Cor-

Cornelii Nepotis *) in bibliotheca Berolinenſi ſibi dixiſſe videbatur, de inundatione querantur. Enimuero, quod multis ſcholarum doctoribus ob nimiam laborum multitudinem atque diuerſitatem raro tantum temporis ſupereſſe ſolet, vt omnia, quae ad iuſtam faciant interpretationem, ſedulo anquirere atque inueſtigare poſſint, nonnullis vero ſubſidia litteraria ob rerum anguſtias deſunt, (atque neſcio, quo fato iniquo homines ciuitatum vtiliſſimi plurimis moleſtiis laborare, et tamen minimis reditibus, ſaepe ad vnius hominis victum cultumque vix ſufficientibus, frui debeant) illos mea qualicumque opella iuuare et leuare volui. Dein, quod alii amant in inſtitutione criticam, alii grammaticam, alii antiquitatem, diuerſis horum ſtudiis et voluntati aliquantulum inſeruire debui atque reſpondere. Atque multitudo, varietas et ſaepe ſuauitas non minus, quam difficultas rerum

*) Cenſor, ſi praeter praefationem notas quoque a me et Kappio meo profectas curatius inſpexiſſet, et eas, quae Stauerii diligentiae debemus, diſcreuiſſet, nec malignitate, odio aeſtuque calumniandi fuiſſet abreptus, ingeniolo ſuo profecto intemperanter non fuiſſet abuſus, et, nec me inundaſſe, nec cl. Kappium amphoras notarum adtuliſſe, vt iſte maligne iudicauit, intelligere potuiſſet. At enim iſte amare videtur notas Minellianas: et plura dicere, inhoneſtum mihi videtur.

rerum ac verborum ad effuſionem potius, quam ad frugalitatem inuitare potuiſſent. Enimuero aequis, nec odio inuidiaque ſufflatis peritisque lectoribus atque interpretibus relinquam iudicium. Deinde de interpretationibus latinis, quas alii plane abeſſe, alii poſt textum graecum collocare iuſſerunt, vtriusque partis voluntati ita ſatisfeci, vt faciliorum particularum verſiones plane omitterem; at in indice plurima, quae in illis reperiuntur, vocabula explicarem; difficiliorum vero, ex editionibus melioribus ſumtarum, fini ſubiungerem: qua quidem ratione iuuenes, qui inter explicandum oculos in verſione potius latina, quam in contexto graeco figere ſolent, occaſione ſecordiae alendae priuaſſe, et tamen, quum verſiones interdum loco explicationis eſſent, interpreti aut lectori, qui in loco quodam haeſiſſet difficiliore, conſuluiſſe me arbitror. Indicem denique graecum, monentibus quibusdam, ita locupletaui, vt inſtar clauis eſſe videretur. Atque eiusmodi indices editionibus graecorum auctorum in vſum iuuentutis et aptos, et vtiles, et vero neceſſarios eſſe iudico. In tollendis erratis typographicis ſocium habui doctiſſimum *Io. Fridericum Degenium*, Trumsdorfa - Byruthinum, S. S. et humaniorum litterarum cultorem diligentiſſimum, iuuenem et ingenio et multis iam litteris floren-

tem,

tem, ac litterarum graecarum amore flagrantem, qui me cum Coburgi, tum in hac alma Friderico-Alexandrina plurimas Chreſtomathiae particulas aliquoties interpretantem ſedulo audiuit. Quamquam vero omnem adhibuimus diligentiam, quaedam tamen errata typographica, opuſculum leuiter recognoſcendo a me animaduerſa, quorum partem poſtea ipſe indicabo, aciem oculorum noſtrorum effugiſſe, aegerrime fero. Tu vero, L. B. infirmitati humanae ignoſcas, et quae adhuc ſuperſint peccata, vel a me vel a typothetae incuria profecta, ipſe emendes velim. *Ariſtophanis* autem comoediam, *Plutus* inſcriptam, et Chreſtomathiae olim adiunctam, futuris nundinis B. c. D. ſeparatim publicabo, addita *Euripidis Alceſte.* Vale, mihique faue. Scripſi Erlangae d. V. Aprilis cIɔIɔCCLXXV

THEOPHILVS CHRISTOPHORVS HARLES

Sereniſſimo Marggrauio Onoldino a conſiliis aulae et P. P. O. Rhetorices ac Poeſeos.



Ad.



Addere liceat, aliquot obſeruationes, quas cl. *Kappius*, diſciplinae ſuae alumnis Chreſtomathiam meam explicans, mecum beneuole communicauit, atque ſuo quamque loco inſerere, oblitus eram.

Ad *Moſchum* II. 90. ἔρως γένετ', non verto, *licebat*, ſed *volupe erat.*

v. 101. Capilli promiſſi virginibus erant honori, quare comam non ſolum inſigniter aluerunt, ſed etiam crinem adpoſititium emerunt, vt eo pulcriores viderentur, ſi bene comatae eſſent. Igitur hoc loco virgines non tam crinibus contortis et criſpatis ornatae laudantur, quam quae valde capillatae eſſent. Vers. 101. prolongare ſe videtur, quem ad modum capillus virginum, quae maxima elegantia eſt. vide infra Callim. v. 36.

Ad *Callimachum.*


v. 62. ἄλλως, me iudice, omnino referri debet ad famulos, quos impune dimiſit Ceres.

v. 63.



v. 63. ſuppleo tecum ὄντες. Matth. VIII. 9.

v. 129. 130. Hic locus forte ita explicandus: *Vsque ad vrbis prytaneum ſequimini* (ὁμαρτεῖν infinit. pro imperatiuo) *vos, quae nondum initiatae eſtis myſteriis; vos vero, quae iam iis* (myſteriis) *imbutae eſtis* (loco τελεσφορίας legerim τελεσφόρες vel τελεσφόρων) *ſequimini vsque ad ipſum templum* Ce*reris, nempe quaecumque annis ſexaginta minores eſtis; quod vero ad prouectiores adtinet - - ſufficit, ſi iſtae ſequantur, quoad genua patiantur* etc.



EX



EX ANACREONTE *)

CARMEN I

*) ***Anacreon***, poeta Lyricus, ex Teo, vrbe Ioniae, ortus, vnde Teïus vocatur, fecundum Hambergerum in zuverläſſigen Nachrichten etc. pag. 112. floruit circa an. mundi, 3452. ante Chriſtum natum, 532. fecundum Barneſium, in vita Anacreontis, natus eſt poeta noſter anno II. Olympiados LV. quo fere tempore Cyrus, Perſarum rex, regnare coepit: cuius dux Harpagus quum circa annum III. Olympiad. LVIIII. in Aſia inferiore vniuerſos Aeolides et Ioniae populos adgrederetur, Teii, omnibus rebus, liberis et vxoribus in nauibus collocatis, patriam relinquentes in Thraciam recta contenderunt, vbi vrbem ſibi paratam, ***Abdera***, ſtatim repererunt: et poſtquam Thracum impetus contuderunt, pax illis fuit longa et ſtabilis. Anacreontis vero ingenium et fama non diu delituerunt. Quo factum eſt, vt primum Polycrates, Sami tyrannus, eum arceſſeret, eumque ſummo honore et fauore exciperet. Anacreon vero paucis diebus ante, quam Polycrates, diuturna felicitate vſus, ab Oroete, Darii Satrapa, in crucem actus eſſet, ab Hipparcho, Piſiſtrati filio, Athenienſium tyranno, inuitatus, nauem praetoriam adſcendit, quam illius vehendi cauſſa praemiſerat Hipparchus, L. remis inſtructam, et Athenas vſque ſecundo vento nauigauit, illique iucundus fuit. Poſt eius interitum, in patriam rediit, vbi an. LXXXV.

agens obiit. Poeta eſt ſuauiſſimus: in carminibus, quae ad noſtram aetatem peruenerunt, amorem et vinum ſpirat, in primisque celebrat, ſed ſobrie id facit; et docet idem, philoſophiae eiusque popularis peritiam ſtudiumque vbiuis prae ſe fert. Verſus fluunt a Muſis Gratiisque quaſi dictati. Vrbanitatem vitaeque rationem et conſuetudinem cum principibus produnt carmina. In hoc vero poeſeos genere nullum habet ſuperiorem: plurimos vero, ipſius coecos imitatores, qui vel noſtra aetate de vino et amore ieiune et illepide cantarunt, nulla animi humani cognitione imbuti, et Anacreontis ingenio deſtituti, multo poſt ſe relinquit. Summa eſt in eius odis ſimplicitas, et naturalis pulcritudo. Quare ab omnibus eruditis Anacreon magni ſemper habebatur et legebatur, nec nobis erit vituperio, quod carmina quaedam in hanc transtulimus Anthologiam, atque illuſtrauimus. Vſi autem ſumus exemplari cl. *Fiſcheri* (Lipſiae cIↄIↄccLIIII. 8.) in odis hisce formulis deſcribendis. Praeter ea contulimus editt. *Barneſii*, (Cantabrigae 1705 quem ſumus interdum ſequuti) et *de Pavv*, (Traiecti ad Rhen. 1732. in 4) qui ſeuerus eſt et iniquus iudex, et tamen quaſi de tripode pronunciat ſententiam. Illorum porro, et Fabri, Stephanique notas conſuluimus, et, quae inſtituto noſtro reſponderent, in noſtrum conuertimus vſum, noſtrasque haud paucas adiecimus obſeruationes. Quae Schneiderus in Anmerkungen veber den Anakreon, Lipſiae 1770. 8. diſputauit, in quibus haud raro iuueniliter laſciuiens, meam aliorumque ſiniſtre interpretatus ſaepius erat ſententiam, legibus modeſtiae et pudoris et humanitatis neglectis, iis ita vſus ſum, vt, quae laudanda mihi viſa fuerint, lubentiſſime laudarem et probarem (et multa egregia collegit): in quibus autem diſſentirem, his praetermiſſis, nec litem intenderem, nec me defenderem, multo minus, quod litteris humanitatis indignum foret, proterue

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας·
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν·
Ἁ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ.
Ἤμειψα νεῦρα πρώην

insultarem. Contulimus denique L. Bosii Animaduersiones ad scriptores quosdam Graecos. Franeck. 1715. in 8. pag. 75 sqq.

1. Poeta hoc odario monstrat, se non aptum esse carminibus epicis atque heroicis, sed natura quasi comparatum ad res leuiores tantum et amatorias celebrandas. Pari ratione Bion Idyll. IIII. fatetur, laetum tantummodo carmen sibi fluere, quando in Amorem aut in Lycidam aliquid modulatur. Ibi Schwebel iam laudauit Ouidium Amor. I. el. I. v. 5 sq. *Arma graui numero violentaque bella parabam Edere, materia conueniente modis. Par erat inferior versus: risisse Cupido Dicitur, atque vnum surripuisse pedem* etc. Adde Propert III. el. 7. vers. 39. sqq. Horat. I. od. 6. eumd. I. od. 19. v. 9 sqq.

Ἀτρείδας, h. e. Menelaum et Agamemnona: tangit bellum Troianum. Κάδμον, qui Agenoris regis filius et Europae frater fuit, et Thebarum conditor: inter cuius nepotes bellum Thebanum, ad quod poeta noster respicit, ortum fuit.

3. Ἁ] Barnes. rescripsit dial. ion. ἡ, num necesse fuerit in Anacreonte, quamquam ionica alioquin vtitur dialecto, subdubito.

5. *Mutaui neruos pridem*, nimirum veteres pro diuersa materia carminis immutarunt sibi fidiculas; monente Baxtero.

Καὶ τὴν λύρην ἅπασαν·
Κἀγὼ μὲν ἦδον ἄθλους
Ἡρακλέους· λύρη δὲ
Ἔρωτας ἀντεφώνει·
Χαίροιτε λοιπὸν ἡμῖν
Ἥρωες· ἡ λύρη γὰρ
Μόνους ἔρωτας ᾄδει.

CARMEN II. *)

Φύσις κέρατα ταύροις·
Ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις·

Ποδω-

6. *ἅπασαν*, equidem interpretor *ipſam*, *omnino.* vide ad Moſchum l. 6. h. e. Se, canit, omnino miſſa priore carminis materia, aliam delegiſſe, carmen heroicum modulaturum. adde Paw.

7. *Herculis labores*] de quibus confer Anthol. veter. Latin. I. ep. 42. et quae ad illud epigramma in Chreſtomathia latina poetica adſcripſi; et Claudian. in Rufin. I. 285 ſqq. atque in Anthol. latina poetica ad illum locum a me notata.

10. χαίροιτε. *valete.* Sic Ouid. Amor. I. 1. 32. *Ferrea cum veſtris bella* valete *modis.* Theocr. Adon. 149. χαῖρε, Ἄδων' ἀγαπατέ. Euripid. Phoeniſſ. 621 (vbi vide Valckenar.) Μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε. *Iam vale, mater.*

*) Propter naturalem pulcritudinem et inexſpectatam reſponſionem carmen hoc repetere, haud nefas duximus.

v. 1. φύσις *Phocyl.* 117. ſqq. *Oppian.* Halieut. V. 94. ibique Rittershus. a Barneſio iam excitati ſunt ad h. l.

Ποδωκίην λαγωοῖς·
Λέουσι χάσμ' ὀδόντων·
Τοῖς ἰχθύσι τὸ νηκτόν·
Τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι·
Τοῖς ἀνδράσι Φρόνημα·
Γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν;
Τί οὖν δίδωσι; κάλλος·

v. 7-9. Variae variorum de h. l. sunt sententiae. Primum, quid sit φρόνημα? dissentiunt interpretes. Stephanus vertit *prudentiam*, cum quo facit Schneider in den Anmerk. pag. LIX et 212. quam interpretationem firmare videtur Quinctil. Institt. orat. II. 20. f. 9. *Quod si ea in quoque animalium est virtus, qua praestat cetera vel pleraque, vt in leone impetus, in equo velocitas; hominem porro ratione atque oratione excellere ceteris certum est: cur non tam in eloquentia, quam in ratione virtutem eius esse credamus?* Barnes, (qui, φρόνημα significare φρόνησιν *prudentiam*, negat,) et Baxter *de bellica virtute* accipiunt, et cl. Schier ad Bionis fragmentum VIII. p. 72. illorum interpretationem Bionis sententia, Μορφὰ θηλυτέρῃσι πέλει καλὸν, ἀνέρι δ' ἀλκά, egregie fulciri arbitratur: quod vero negat Schneider. Paw interpretatur, *animum excelsum*, cui praeter prudentiam et constantia est et robur: quocum consentit Heskin ad cit. l. Bionis, qui, φρόνημα, censet, denotare *animi celsitudinem*, quae tam prudentiam quam fortitudinem includit, qui est praecipuus et maxime insignis virilis sexus χαρακτήρ. Atqui si conditionem feminarum graecarum priuatam et Graecorum publicam ipsumque virorum animum atque ingenium consideremus, et praeterea cogitemus, virtutem bellicam fuisse quasi propriam Graecorum virorum, ad cuius laudem adspirare tamquam per leges naturae non potuerunt graecae mulierculae, φρόνημα

'Αντ' ἀσπίδων ἁπασῶν,
'Αντ' ἐγχέων ἁπάντων·
Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον,
Καὶ πῦρ, καλή τις ὖσα,

CAR-

vel *animum* (*Muth*) vel potius *animi celſitudinem* interpretari praeſtat. Iisque, quae modo dixi, praeſidii et roboris aliquid adcedet, quod Ariſtoteles cap. XVIII, de poetica pag. 39 edit. Heinſii, ἔςι, ait, ἀνδρεῖον μὲν τὸ ἦθος, ἀλλὰ ὐχ ἁρμόττον γυναικὶ τὸ ἀνδρείαν ἢ δεινὴν εἶναι. *ſunt quidam fortis viri mores, cum tamen femina fortem eſſe et metuendam non conueniat.* — Tum vers. 8 cum Heskinio l. mem. interpungo: Γυναιξὶν ὐκ ἔτ' εἶχεν; Τί ὖν δίδωσι; *Feminisque nihil reliquum habuit? quid ergo daret?* Denique κάλλος Anacreon adprime tribuit graecis mulierculis, tamquam praerogatiuam, et qua reliqua vincere poſſint. Pauo quidem Anacreontem culpat, quoniam non omnia, quibus mulierculae excellerent, plene enumerauit, et, quoniam dixit, naturam nihil amplius habuiſſe, quod largiretur feminis, eodem tamen ſpiritu pulcritudinem promit, poeta ſibi contradixiſſe videtur Pauoni; deinde quia pulcritudo, puellis adtributa, vtrique ſexui communis eſſet; vis autem perſuadendi feminarum propria inſtar clypei et haſtae, idem ille criticus carmen ineptum et Anacreontis ingenio plane indignum cenſet. Enimuero, quis a poeta in huius generis poematibus enumerationem omnium virtutum logicam poſtulabit? Tum mulierculis, praecipue Graecis, firmiſſimum veluti ad vincendum telum fuit pulcritudo. Denique ipſae mulierculae venuſtae venuſtate quam maxime gloriari et vel fortiſſimos viros ſuperare ſolent. Mulierculae igitur pulcritudine ceteris tantum praeſtant atque excellunt, quantum aliis virtutibus leo et reliquae res creatae ab Anacreonte enumeratae.

CARMEN IIII.

Ἐπὶ μυρσίναις τερείναις,
Ἐπὶ λωτίναις δὲ ποίαις,
Στορέσας θέλω προπίνειν·

A 4 Ὁ

v. 1. Ex more veterum bibendi Hor. I. od. 4. 9. In ſex prioribus verſibus poeta myrto et loto cubans largius bibere ſe velle profitetur: optat autem, vt ipſe Cupido ſibi miniſtret merum, tunicam, miniſtrantium more, ſuccingens papyraceo nodo. Nam papyro vtebantnr ad vincula conficienda, in Aegypto et aliis locis. Hanc veram interpretationem vindicat *Doruille* in Van. critica p. 243. contra iniqua Pauonis interpretamenta. Nec illa papyri Niloticae memoria poetam requirit, vel natione Aegyptium vel in Aegypto ſaltem commorantem, vti Pauo ſomniauit. *Myrteis* frondibus ſtrati et Corollis vincti bibebant veteres: vt Euripid. Alceſt. 759. στέφει δὲ κρᾶτα μυρσίνοις κλάδοις. v. Barnes. et de hac oda Schneiders Anmerk. pag. XL. et 129 ſqq.

2. De loto vide ſis indicem, tum quae ad Ouid. Triſt. IIII. el. 1. v. 31. notaui, et, quos ibi laudaui, Salmas. in Exercitt. Plin. pag. 728 ſq. et Riccium in diſſ. Homer. tom. III. pag. 74 ſqq. adde Fabri notam, qui de *loto ſatiua* ſeu *vrbana* intelligit.

v. 3. Στορέσας *recubans, Barnes.* quem vide ad h. l. et ad *Euripid.* Heracl. 884. et Elect. 1034. ſupplet ἐμαυτόν. *Baxter* autem paſſiuum, ait, in Actiuo eſt, more Atticorum.

προπίνειν Baxter emphaſin quamdam reperit in praepoſitione; mihi vero idem videtur ac πίνειν, *bibere*, vti Iſocr. Paneg. 1. pag. 5. προκρίνας pro ſimplici

Ὁ δ' Ἔρως, χιτῶνα δήσας
Ὑπὲρ αὐχένος παπύρῳ,
Μέθυ μοι διακονείτω.
Τρέχος ἅρματος γὰρ οἷα
Βίοτος τρέχει κυλισθείς·
Ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα

Κόνις,

κρίνας, ad quem loc. vide cel. *Morum*: conf. cel. *Ernesti* ad Hom. Il. ά, 3. et infra ad Bion I. 95. nisi reddere malis compositum, *multum bibere*.

4. Amori tunicam quoque tribuit Catullus ad Manlium LXVII. v. 133. vbi v. Vossium, et Sappho pag. 82. edit. Wolfii. Ipse vero Cupido est poetae a poculis; quanta laus est! confer Klotz veber den Nutzen vnd Gebrauch der alter geschnitt. Steine pag. 220. 221.

7. Notanda hic est incredibilis celeritatis et fugae quasi vitae nostrae descriptio: qua similitudine a rota, celerrime currente, sumta huic odario faceto miram adfert poeta suauitatem et grauitatem quamdam. Similes ἐννοίας collegerunt Barnes. ad h. l. et Rittershus. ad Oppian. Cyneg. I. 231. pag. 25. Pari modo Horat. II. od. 16. 22. *cura* — *Ocior ceruis, et agente nimbo, ocior Euro.* Bion. V. 10. E nostratibus *Gleimius* Opp. poet. Argentor. 1765. pag. 120. — Es verfliesst die Zeit schnell, wie der Blitz ins Meer der Ewigkeit. et pag. 166. Den flüchtigen Tagen wehrt keine Gewalt; Die Räder am Wagen entfliehn nicht so bald. Wie Blitze verfliegen, so sind sie dahin. conf. (Virgil.) *Copa*. v. 35. sq. et *Weitz*. in comment. ad hoc poemation (Francf. 1642. pag. 68. sq.) et *Vrsin.* in Virgil. collation — illustrat. pag. 55. Imitatus est Sil. Ital. VI. 121. *Per varios praeceps casus rota voluitur aeui*, notante Barthio ad h. l. in exemplo Drakenb.

Κόνις, ὀςέων λυθέντων.
Τί σὲ δεῖ λίθον μυρίζειν;
Τί δὲ γῇ χέειν μάταια;
Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
Μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα
Πύκασον, κάλει δ' ἑταίρην,
Πρὶν, ἐρῶ σε, δεῖ μ' ἀπελθεῖν
Ὑπὸ νερτέρων χορείας,
Σκεδάσαι θέλω μερίμνας.

v. 11. Innuit morem antiquum inungendi lapides ſepulcrales, et cadauera odoribus et vnguentis, atque etiam libationum diis manibus identidem factarum. Me viuum, ait poeta, potius vngas, quam, me mortuo, lapidem meum ſepulcralem.

v. 14. κρᾶτα, v. indicem, in maſculino genere ab Homero et Sophocle vſurpari, Barneſius docet. adde Fabri notam.

v. 16. In aliis exemplaribus hic verſus ita legitur: πρὶν, Ἔρως, ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν, et Pauoni, qui vers. 11. initium noui odarii eſſe, male putat, Baxteri coniectura ἐρῶ σε barbara videtur. Ego vero in lectione vulgari ac *Paw* interpretatione inque coniectura Baxteri ſentio duritiem quamdam, et quod mihi displiceat: niſi dixeris ἐρῶ σε, cupiditatem atque ardorem indicare ſummum, eamdemque habere ſuauitatem, quam *memini*, et aliae ſimiles loquutiones apud ſcriptores vtriusque linguae habere ſolent, v. VIII. 15. ὁρᾷς. atque cl. Kappius in litteris ad me datis, in hac lectione ſe nihil duri videre ſcripſit; et vertit: *amabo te*, quisquis es, quem vers. 11. adpellaueram.

v. 17. E veterum opinione choreae in elyſio celebrabantur. v. *Klotz* miſcell. crit. pag. 1. qui etiam

CARMEN VIIII.

Ἐρασμίη πέλεια,
Πόθεν, πόθεν πέτασαι;
Πόθεν μύρων τοσέτων,
Ἐπ' ἠέρος θέεσα,
Πνέεις τε καὶ ψεκάζεις;
Τίς ἐςί σοι μελήδών;

Ἀνα-

Seuini coniecturam (in act. academ. Parisin. inscript. T. II. n. 25.) χορεύσας conuellit. conf. Tibulli l. 3. 58. sq. ibique Broukhus. et Valer. Flaccum I. 843. et Fabri notam.

v. 1. De hac ode vide Tanaq. Fabrum pag. 182. ed. Fischeri, *Ramler* in Einleitung in die schönen Wissenschaften nach dem Französischen des Herrn Batteux P. III. p. 41. ed. II. Schneider in den Anmerk. p. 338. sqq. et (*Herder*) Veber die neuere deutsche Litteratur, 2te Sammlung pag. 343. Columba Veneri sacra fuit.

v. 2. πέτασαι. Barnes. mauult πέτασσαι. Pauo autem πετᾶσαι a πετάομαι, propter metrum: quia in πέτασαι a πέταμαι, (quod vocabulum Moeris p. 311. et Thomas Mag. p. 711. e finibus Atticis exulare iubent,) mediam non produci, adfirmat.

v. 3. *Tollius* ad Auson. ephem. pag. 97. scribere iubet τοσῦτον: sed nullam video caussam, cur a vulgari discedam lectione.

v. 6. In vulgaribus exemplaribus legitur: τίς ἐςι, σοὶ μέλει δὲ; quod sensum gignit parum facilem, quare alii alias inuenerunt lectiones et coniecturas, quas Pauo sub examen vocat, et, omnibus reiectis, suam

'Ανακρέων μ' ἔπεμψε
Πρὸς παῖδα, πρὸς Βάθυλλον,
Τὸν ἄρτι τῶν ἁπάντων
Κρατεῦντα, καὶ τύραννον.
Πέπρακέ μ' ἡ Κυθήρη,
Λαβοῦσα μικρὸν ὕμνον.

'Εγὼ

profert: τίς εἰμι, σοι μέλει δέ; — quae vero lectio nescio quid inuenusti mihi offert. Barnes. maluit τίς ἐστι σοί; μέλει δέ. Acquiescerem in Baxteri emendatione, nisi particula δὲ h. l. necessaria mihi videretur, aut a vestigiis primae siue vulgatae scripturae nimis aberraretur. Quare ego, vel antequam Stephani notam legi, conieceram, vt ille graece doctissimus, τί δ' ἐστί σοι μέλημα, aut forte legendum putaram τί δ' ἐστι, τὸ, siue, ὃ μέλει σοι; Tollii coniectura, ad Auson. p. 97. τίς εἶς; τί σοὶ μέλει δέ; iam Paw minus recta videbatur. Bosius in Animaduersion. pag. 77. vbi variorum quoque recenset coniecturas, cum Daceria legere malit, τὶ δ' ἐστί σοι; μέλει δέ, atque explicat: *quid tua* (refert)? *mihi curae est*, quod vero nullum probaturum esse, ait Schneider pag. 342. Aliam addam coniecturam atque interpretationem, Barnesianae similem: Poetae amicus, aut quisquis canens inducatur aut fingatur, (fictioni enim poeticae aliquid dabimus:) videt Columbam ad se volantem et portantem litteras: cupidus statim sciendi, a quo missa veniat, interrogat: Τίς ἐστι; (aut τίς δ' ἐστί;) μοι μέλει δέ. *quis est, qui te miserit: ego vero scire cuperem.* Columbae autem fuerunt quoque tabellariae. v. Kuhn ad Ael. V. H. IX. c. 11.

v. 9. ἄρτι. vid. ind.

v. 10. τύραννος. vid. ind. et Staueren ad Cornel. Nepot. I. 8. pag. 20. editionis nostrae.

Ἐγὼ δ' Ἀνακρέοντι
Διακονῶ τοσαῦτα.
Καὶ νῦν, ὁρᾷς, ἐκείνου
Ἐπιστολὰς κομίζω.
Καί φησιν εὐθέως με
Ἐλευθέρην ποιήσειν.
Ἐγὼ δὲ, κἢν ἀφῇ με,
Δούλη μενῶ παρ' αὐτῷ·
Τί γάρ με δεῖ πέτασθαι
Ὄρη τε καὶ κατ' ἀγροὺς,
Καὶ δένδρεσιν καθίζειν,
Φαγοῦσαν ἄγριόν τι;
Τανῦν ἔδω μὲν ἄρτον
Ἀφαρπάσασα χειρῶν

Ἀνα-

v. 14. τοσαῦτα *ea et tanta ministro*, vt haec verba referenda sint ad vers. 7. sq. Pro διακονῶ, Barnes. διηκονῶ (vt IIII. 6.) corrigit; at enim Anacreonti Ionismum vbique obtrudere velle, ineptum esse videtur. conf. Dorville in Vanno crit. pag. 481. et 571.

v. 15. ὁρᾷς. Ingeniosa haec atque elegantissima emendatio Stephani mihi prae vulgari οἷας placet: nec Paw habet, quod oggerat.

v. 19. κἢν. vide ad Callimach. H. in Cerer. 27.

v. 21. πέτασθαι. Sic legitur in exemplo Commelini, carminum poetarum nouem etc. Heidelberg. 1698. Baxteri, et aliorum. Paw. legit πέτεσθαι.

v. 22. Construe: κατ' ὄρη τε καὶ κατ' ἀγρούς.

v. 23. δενδρ. vide indicem. καθίζειν supple ἐμαυτὸν, *sedere*, vide Kuster de verbis mediis pag. 96. 97. ibique Wolle. adde notam ad XXII. 2.

Ἀνακρέοντος αὐτοῦ·
Πιεῖν δέ μοι -δίδωσι
Τὸν οἶνον, ὃν προπίνει.
Πιοῦσα δ' ἂν χορεύσω,
Καὶ δεσπότην ἐμοῖσι
Πτεροῖσι συγκαλύψω.
Κοιμωμένη δ' ἐπ' αὐτῷ
Τῷ Βαρβίτῳ καθεύδω.

Ἔχεις

v. 27. *αὐτοῦ. domini.* More Atticorum ponitur αὐτὸς pro, Domino. v. *Casaubon.* ad Theophr. char. II. p. 34. *Fischer* in indice Theophr. sub h. v. *Bacchius* ad Xenoph. Oecon. p. 14. Serui heros, discipuli magistros vocabant *ipsos* aut αὐτούς. v. Westerhou. ad Terentii Andr. II. 2. 23. aut verte: e manibus Anacreontis *ipsius,* vt gloriolam quamdam et laetitiam indicet. αὐτὸς pro *ipse* v. 33. et saepius apud *Theophrastum* reperitur e. g. char. II. 5. pag. 19. et tunc abundare videtur: de quo Graecorum more dicendi consulas I. M. *Heusingerum* ad Aesop. fab. pag. 106. *Kypke* obss. sacrar. tom. II. pag. 53.

v. 29. προπίνει. v. ad od. IIII. 3.

v. 30. *χορεύσω soleo saltare.* vide not. seq.

v. 31. ἐμοῖσι ex coniectura Stephani; olim legebatur Ἀνακρέοντα. Longepierre ingeniose corrigit γέροντα. Paw post multas ambages ita legere vere iubet πιοῦσα δ' ἂν χορεύω καὶ δεσπότην κρέοντα *(dominum instar regis mihi colendum:)* πτεροῖσι συγκαλύπτω· At enim Schneiderus bene vindicat συγκαλύψω, *contegere soleo.* Nam Futurum consuetudinem quoque interdum indicat, vt copiose docuit Graeuius lectt. Hesiod. p. 24. ad v. 185. adde infra ad Aristoph. Plutum, v. 174.

Ἔχεις ἅπαντ'· ἄπελθε·
Λαλιςέραν μ' ἔθηκας,
Ἄνθρωπε, τῆς κορώνης.

CARMEN X.

Ἔρωτα κήρινόν τις
Νεηνίης ἐπώλει·
Ἐγὼ δὲ οἱ παραςὰς,
Πόσυ θέλεις, ἔφην, σοὶ
Τὸ τευχθὲν ἐκπρίωμαι;
Ὁ δ' εἶπε Δωριάζων,
Λάβ' αὐτὸν, ὁππόσυ λῆς.

Λάβ'

v. 35. ἄπελθε: Paw ἀπέλθω, certa fibi coniectura adfequutus videtur: fed puerile admodum vitium effe, ait Dorville in van. critica p. 64.

v. 36. ἔθηκας v. indicem.

v. 37. τῆς κορώνης. Garrula cornix in prouerbium abiit. Cornix autem, quam neque inter columbas neque inter cornos numerari ait Lucian. Eunuch. med. auis fuiffe ex virgine facta, *Coronis* vel *Corone* dicta, Coronei regis filia: propter loquacitatem vero iram Mineruae, in cuius tutela fuit et comitatu, meruiffe fingitur. v. *Heufing.* ad Aefop. fab. 99. p. 81.

1. Hanc odam interpretatus eft Schneider. pag. XXIIII et pag. 71. fqq.

5. 6. σοὶ - ἐκπρίωμαι: fic Germani: *ich will dir abkaufen.* τευχθὲν. MS. vatic. τυχθὲν: idem eft. v. Barnes. eft h. l. *imaguncula.*

7. λῆς v. indic.

῞Ομως δ' ἂν ἐκμάθῃς πᾶν·
Ὀυκ εἰμὶ κηροτέχνης·
Ἀλλ' ὲ θέλω συνοικεῖν
῎Ερωτι παντορέκτα.
Δὸς ἔν, δὸς αὐτὸν ἡμῖν
Δραχμῆς καλὸν σύνευνον.
῎Ερως, σὺ δ' εὐθέως με
Πύρωσον· εἰ δὲ μή, σὺ
Κατὰ φλογὸς τακήσῃ

CARMEN XI.

Λέγεσιν αἱ γυναῖκες,
Ἀνακρέων, γέρων' εἶ·
Λαβὼν ἔσοπτρον ἄθρει

Κόμας

9. κηροτέχνας · συνοικῆν (quod h. l. eſt coniugale verbum pro συγκαθεύδειν) Barnes reſcripſit probante Pauone, vt dorismum ſeruet, ſed temerarium hoc eſſe, iam monet Schneider. Quod vero cod. Vatic. doricum παντορέκτα pro παντορέκτῃ habet, hic admitti debet dorica dialectus. παντορ. autem eſt *inſatiabilis*, qui omnia adpetit, v. Triller. Obſeru. crit. cap. 3. pag. 6.

13. δραχμῆς *pro* vna *drachma.*

16. v. Fabrum, Barnes. qui Theocr. VII. 106-114. iam laudat, et Baxter de ingrata et ſtupida veterum ira erga deos, qui votis et precibus hominum non vbique ſatisfeciſſe viſi ſunt.

1. De naturali huius odae pulcritudine vide Stephan. et Schneider pag. 77. ſeqq. et XXVII.

Κόμας μὲν ἐκέτ᾽ ἔσας,
Ψιλὸν δέ σευ μέτωπον.
Ἐγὼ δὲ τὰς κόμας μὲν
Εἴτ᾽ εἰσὶν, εἴτ᾽ ἀπῆλθον,
Ουκ οἶδα, τῦτο δ᾽ οἶδα,
Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
Πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν,
Ὅσῳ πέλας τὰ μοίρης.

CARMEN XVIIII. *)

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
Πίνει δὲ Δένδρε᾽ αὐτήν·
Πίνει Θάλασσα δ᾽ Αὔρας·
Ὁ δ᾽ Ἥλιος Θάλασσαν·
Τὸν δ᾽ Ἥλιον Σελήνη.

Τί

10. τὰ τερπνὰ παίζειν. Barnes. vertit, *iucunde ludere*, Stephan. maluit, *vacare amoribus iocisque.*

11. ὅσῳ πέλας, fupple μᾶλλον, *quanto propior* (ei fit) conf. L. Bos. de ellipf. pag. 555. et τὰ μοίρης (ion. pro μόιρας a μοῖρα) eft *fatum, mors.*

*) Paw, totum hoc carmen, quod propter naturalem quandam pulcritudinem cuilibet probatur, more fuo tamquam ineptum reiicit.

v. 1. *Barnes.* componit cum Anacreonte locum Paullin. ad Ebr. 17, 7. et Baxterus obferuat, rudiorum temporum mortales omnia nomina habuiffe pro propriis. adde Lamb. Bos. Animadu. pag. 79.

v. 5. vid. *Spanheim* ad Callim. H. in Dian. v. 141. infra ad Mimnermum III. 4. et Schneider in den Anmerk. pag. 331.

Τί μοι μάχεσθ', ἑταῖροι,
Κ' αὐτᾷ θέλοντι πίνειν;

CARMEN XXII. *)

Παρὰ τὴν σκιὴν, Βάθυλλε, 1
Κάθισον, καλὸν τὸ δένδρον·
Ἁπαλὰς σείει δὲ χαίτας
Μαλα-

*) De hoc odario vide *Ramler* loc. mem. pag. 43. tom. III. Schneider in den Anmerk. pag. XXXVIII. et 124. ſqq. Alio modo Horat. III. od. 13. fontem laudat Banduſium.

v. 2. κάθισον ab κάθησο vel ἧσο ita differt, vt prior vox κάθισον eius fuerit, qui ſimpliciter, vt ſedeat aliquis; aliosue ſedere etiam faciat, imperat; poſteriores autem eius, qui ſiue ſtantem ſiue ſedentem alloquatur, et ſedere et quietum permanere iubeat: vti *Clark.* ad Hom. Il. β. v. 191. obſeruauit. vide eundem ad Il. α, 565. conf. *Thom. Magiſtr.* p. 485 et 486. ibique interpretes, *Ammon* pag. 80. ibique Valken: verterem: *compone te ad ſedendum.* v. ad od. VIIII. 23.

v. 3. χαίτας, *comas;* apud poetas vtriusque linguae aliosque nihil frequentius eſt, quam vt ea, quae de hominibus dici ſoleant, ad alias res creatas inanimatas audacter transferant, quorum exemplorum magnam copiam collegerunt *Ioan. Schulz.* in florum ſparſione pag. 205. et *Klotzius* ad Tyrtaeum pag. 54; atque *Rittershus.* ad Oppian. pag. 169. de νώτῳ ἁλὸς, et pag. 303. de vſu ὄφρυος audaci multa adtulit exempla. Quare etiam *coma* de arborum foliis et frondibus, omnique pariter herba quam frequentiſſime vſurpatur. *Horat.* IIII. od. 3. v. 11. *Spiſſae nemorum comae.*

Μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ.
Παρὰ δ' αὐτῷ ἐρεθίζει
Πηγὴ ῥέουσα Πειθοῦς.
Τίς ἂν οὖν ὁρῶν παρέλθοι
Καταγώγιον τοιοῦτο;

CAR-

Callimach. H. in Del. 81. ὡς ἴδε χαίτης σειομένην Ἑλικῶνος. atque aſtris tribui comas et crines, docet *Doruille* ad Charit. pag. 746. adde, ſi vis, *Nic. Heinſium* ad Claudian. de raptu Proſerpinae pag. 788. *Barth.* Aduerſar. pag. 1676 ſiue ad Nemes. Eclog. IIII. 23. Clark ad Homeri Iliad. δ'. 126. et quae in Chreſtom. lat. poet. ad Catull. IIII. 6. et 11. ſcripſi.

v. 5. ἐρεθίζει. Vt aliorum et ipſius *Paw,* qui de vi huius vocabuli multa diſputat, omittam coniecturas aut interpretationes; *Alberti* tantum explicationem (ad Heſych. tom. I. pag. 1421. n. 6.) quae mihi adridet, proponam: explicat vero vir ille olim graece doctiſſimus per γηρύεται, *garrit*, quod ipſum eſt a dorico γαρύω pro γηρύω. Pari modo *riuus garrulus* apud Ouid. Faſtor II. 316. Adde *Theocrit.* Idyll XXI. v. 20. ἐρέθειν ἀοιδάν, *canere. Virgil.* Bucol. I. 56. *leui ſuſurro; Theocriti* illud I. 1. ἁδύ ψιθύρισμα expreſſurum. Claudian. in Rufin. l. 214. *labentis murmura riui. Sil. Ital.* IIII. 224. *Quosque ſub Herculeis taciturno flumine* (aut, vti *Barthius* et N. *Heinſius* malunt, *murmure,*) *muris Pomifera arua creant Anienicolae Catilli;* ad quem locum vid. *Drakenborch,* qui ex *Auſon.* in Moſell. v. 21. profert: *amoena fluenta* — *tacito rumore Moſellae. Caſaubonus* ad Sapph. pag. 137. noſtrum quoque locum interpretatur et exponit per: *ſuſurro oblectare.* Quod vero Anacreon fonti audacter tribuit vim perſuadendi atque eloquentiam; eo nouum carmini adfert ornatum, ingeniique prodit ſplendorem et vbertatem.

CARMEN XXVIII. *)

De ſua amica.

Ἄγε, ζωγράφων ἄριςε, 1
Γράφε, ζωγράφων ἄριςε,
Ῥοδίης κοίρανε τέχνης·

*) De oda hac pulcerrima, quam in tabula quadam pictor exprimat, *Leſſingius*, vir cel. in Laocoonte P. I. pag. 202. et pag. 212. quaedam eleganter monuit: ad- de *Winkelmann* in Geſchichte der Kunſt des Alter- thums P. I. pag. 168-183. et p. 206 dein in *Anmer- kungen* etc. P. I. p. 52. nec contuliſſe poenitebit epi- grammata, a *Klotzio* in obſeruat. ad Tyrtaeum pag. 24. ſq. prolata et explicita. Adde *Gleimii* Neue Lie- der, in hisque carmen, *Ein Mädchen*, inſcriptum. Ex *Philoſtrati* Iconibus multa ad illuſtrandum et hoc et ſequens carmen poſſunt depromi, ſed nobis, propter plagellarum anguſtias, hoc indicaſſe ſufficiat. Schnei- der in den Anmerkungen p. 218 ſq. copioſus eſt in illuſtrando hoc odario.

v. 2. Γράφε. vid. indicem et Camerarii comment. vtriusque linguae pag. 101. 102. De vocab. ζωγράφ. v. Valkenaer ad Theocriti Adoniaz. pag. 374.

v. 3. Ῥοδίης. Haec lectio, e coniectura Stephani or- ta, melior eſt priore Ῥοδέης. Rhodii enim picturae et ſculpturae fuerunt peritiſſimi, iisque, vt et reliquis artibus, inſignes. *Plin.* libr. VII. c. 38. libr. XXXV. cap. 10. conf. cl. *Schumacher.* de Rhodo litterata comm: binas. Ien. 1760. praecipue comment. II. p. 13. — pro κοίρανε, quia metro repugnaret, τύραννε legendum cenſent Stephanus, Faber, et Schneider ad h. l. et Alberti ad Heſych. II. 1072.

Ἀπεοῦσαν, ὡς ἂν εἴπω,
Γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίρην.
Γράφε μοι τρίχας τοπρῶτον
Ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας·
Ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται,
Γράφε καὶ μύρου πνεούσας.
Γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς,
Ὑπὸ πορφύραισι χαίταις,

Ἐλε-

v. 4. *describo;* sic *dicere* apud Melam, cl. *Kapp* in litteris ad me datis.

v. 7. *μελαίνας.* Hunc colorem Graeci veteres et Itali amabant. vid. *Fabrum* ad h. l. et *Hadrian. Iunium* de *coma* pag. 575. vbi nec noſtrum omiſit locum. Neque vero *plane nigros* crines intellige: μέλαν enim indicat, vt *nigrum*, omnes aliquanto nigros et ſubobſcuros colores. Barnes. vertit *nigricantes.*

v. 8. *Si cera admittere poteſt* Sic. od. 18. v. 18. od. 49, v. 7: tabulas autem pictas olim etiam factas eſſe ex cera, notum eſt.

v. 9. vid. od. IV. 3. et *Drakenborch* ad Sil. Ital. II. 417. qui multa loca protulit, nec noſtrum omiſit, vbi poetae incredibilia paene finxerunt ſibi et narrarunt.

v. 10. ὅλη παρειὰ eſt *gena plenior,* quam nulla macies obſidet, et de tabula, quae ab Antica exhibeat, intelligo cum Pauone, qui noſtrum locum ita vertit: *Pinge vero ſupra genam, pleniorem, et infra comas purpureas eburneam frontem.*

v. 11. πορφυροῦς idem eſſe poteſt, quod in od. 29, 3. λιπαρὸν nitens. Nam quidquid ſplendet et vere nitet, graece dicitur: πορφυροῦν. Hinc apud *Bion* Idyll. VIII, 19. ἄνθος χιονέαις πόρφυρε παρειῇς, *flos niueis rubebat* (ſiue potius ſplendeſcebat) *genis. Virg.* Aen.

Ἐλεφάντινον μέτωπον.
Τὸ μεσόφρυον δέ μή μοι
Διάκοπτε, μήτε μίσγε·

I. 594. *lumen iuuentae purpureum. id.* Ecl. VIIII. 40. *Ver purpureum.* Deinde etiam idem eſt ad *rubens*, vt h. l. et tunc v. 7. et od. ſq. v. 4. 5. noſtrum locum explicant. vide ibi notam. Tum indicat colorem *nigrum*, eo vero potiſſimum ſenſu, quem ad v. 7. definimus. *Hom.* Il. α', 482. κῦμα πορφύρεον, de mari nigro, h. e. alto. id. Il. σ', 16. *Virg.* Georg. IIII. 373. *mare purpureum.* De morte quoque dicitur, *Homer.* Il. ε', v. 48. πορφύρεος θάνατος. ad quem loc. vide *Clark* et *Erneſti.* conf. *Du Port* Gnomolog. Homeri pag. 24. et *Salmas.* exercit. Plinian. p. 237. edit. Paris.

v. 12. Frontem *eburneam*, h. e. candidam. Poetices ſtudioſi hic ſemel monendi ſunt; poetas ad rem ſuauiter et adcurate depingendam, et ſummum gradum pretii pulcritudinis turpitudiniſue indicandum et finiendum, ſenſibusque adcommodandum, epitheta et adiuncta a rerum natura formaue, aut hiſtoria aut mythologia ſumere, quo ſententia magis illuminetur, ac lectores adficiantur magis aut delectentur, quam ſi nudum et vulgare addidiſſent adiectiuum. *Petronius* cap. 126. pag. 602. edit. prior. Burm. (qui quaſi expreſſit Anacreontem:) „crines, ait, ingenio ſuo flexi, per totos ſeſe humeros effuderant: frons minima, et quae radices capillorum retro flexerat: ſupercilia vsque ad malarum ſcripturam currentia, et rurſus confinio luminum paene permixta: oculi clariores ſtellis extra lunam fulgentibus: nares paullulum inflexae: et oſculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit. Iam mentum, iam ceruix, iam manus, iam pedum candor, intra auri gracile vinculum poſitus, Parium marmor exſtinxerat.„

Ἐχέτω δ', ὅπως ἐκείνη,
Τὸ λεληθότως σύνοφρυν.

Βλε-

v. 16. confer Camerarii Comment. vtriusque linguae p. 67. 70. sq. *Stephanus*, quem consulas, ad h. l. bene obseruat, linguae latinae inopiam reddere loci huius interpretationem paullo difficiliorem. Nam nec nomen habet, quod plane respondeat huic Graeco σύνοφρυς; nec quod illi μεσόφρυον. Hinc ne *Cicero* quidem de N. D. II. cap. 57. omnia reddere et interpretari potuit, quae Socrates apud *Xenophont.* Mem. Socr. I. 4, §. 6. de custodia et praesidio quasi oculorum dixerat. Mihi quidem, vt ad Anacreontem reuertar, ea interpretatio, (reliquorum enim interpretum sententias excutere, nec vacat, et ab instituto nostro abest,) minus difficilis et contorta, quam aliorum esse videtur, si versum decimum quintum et duo sequentes, dixerim, esse explicationem vers. 14. vt ἐχέτω, *exhibeat, referat, exprimat,* referatur ad Κηρὸς in versu octauo; post ἐκείνη supplendum sit ἐςὶ aut ἔχει. τὸ λεληθότως (quod voc. Schneiderus et antea Stephan. vnicum tantum vocabulum intelligit, nec τὸ separat, dissentiente Barnesio) συνοφρὺν denique innuat, pictorem cauere, ne puellam pingat plane superbulam, cuius intercilium diremtum esse videatur, aut omnino tristem, quae frontem corruget et quasi misceat; sed hilarem, ingenuam et venustam, quae seueritatem vultus condiat amoenitate quadam et comitate. Vultum enim puellae, aut alius cuiusuis hominis, superciliis in semiorbium speciem λεληθότως, vt discrimen vix sentias, curuatis iunctisque si intueberis, in natura ipsa hanc interpretationem positam deprehendes, ita, vt dulcedinem animumque poetae, ad naturam rei adcurate referendam, intentum sentias et admireris. *Pollux* autem libr. II. Sect. 50. τὸ συνοφρυῶσθαι *supercilia*

Βλεφάρων ἴτυν κελαινήν·
Τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον·
Ἅμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης·
Ἅμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης·

contrahere apud tragicos de triſtibus dici obſeruat; et Scholiaſt. ad *Theocrit.* Idyll. VIII. 73. σύνοφρυς κόρα, explicat εὐόφθαλμος ἢ συνετή. confer Trilleri obſſ. p. 202. Quare nec cum *Pauone* τὸ muto in τὶ, verſumque 16 cum decimo ſeptimo, vti *Stephanus*, quem vide, iam fecerat, coniungo; nec cum *Barneſio* συνόφρυ ſubſtituo; nec, vt *Baxterus* opinatus eſt, σολοικοφανὲς ſubeſſe arbitror. Mirum eſt, ait *Stephanus*, placuiſſe veteribus ita confuſa ſupercilia, quum nihil a pulcritudine magis videatur alienum. Sed alia multa obſeruabis veteribus fuiſſe in deliciis, quae tui non erunt ſtomachi. Hactenus Stephanus. Sed enim ſi recte interpretamur verba Anacreontis et potiſſimum ad λεληθότως animum aduertimus, ſupercilia non confuſa ſunt; ſed venuſta coire videntur; nec diſplicebunt, ſed comitatem quamdam decoram, grauem et nobilem prodere videntur. conf. *Leſſing.* in Laocoonte pag. 202. P. I.

v. 17. Βλ. . . . δ' ἴτυν. dedit Barnes. et legendum cenſet. δὲ reddi quidem poteſt *etiam*, vt ſupra 1. 2. et confer Hoogeu. de particulis p. 261. ſed non opus eſt, vti iam viderat Stephanus.

v. 18 In oculis praecipua pulcritudinis habebatur ſedes. vid. *Alciphr.* III. ep. I. ibique Bergler, et *Muſaeum* v. 64. ibique *Schrader.* Plura diſputaui de hac re in commentatt. philol. I. et II. *de Oculo.*

v. 20. 21. *Oculi ſint partim graues et quaſi terribiles, partim amabiles.* vid. ind. Alciphr. III. 67. Neuri-

Γράφε ῥῖνα καὶ παρειάς,
Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας·
Γράφε χεῖλος, οἷα Πειθοῦς,

Πρ.

dam vocat, ταῖς βολαῖς τῶν ὀφθαλμῶν ἀστράπτουσαν, *acie oculorum corruscantem. Seneca* Hyppolit. v. 795. *Quam grata est facies torua viriliter.* Illud *Homeri* Il. α, 206. γλαυκῶπις Ἀθήνη imitatus videtur *Anacreon*, quem etiam od. 29, 12. et *Theocr.* Idyll. XX. 25. confer. De Venere vide *Philostr.* Icon. II. 1. p. 810. ed. Olearii. De voc. ὑγρῷ vide indicem, et L. Bosium in Animadu. ad scriptores graec. pag. 46. 47. Nemes. Ecl. I. 54. de Meliboeo planius cecinit. *Blanda tibi vultus grauitas et mite seuera* (al. *serena*) *Fronte supercilium, sed pectus mitius ore.* conf. Epigr. 219. libri III. in Anthol. Burmann.

v. 22. 23. conf. *Achill. Tat.* I. p. 17. *Bion.* I. 27. *Propert.* II. el. 2. v. 19. *Musaeum* v. 58. vbi elegantissimus *Schraderus* plura collegit exempla, quibus illustraret, colorem niueum, purpureo mixtum, fuisse laudatissimum: adde *Schwebel* ad Bion. I. v. 11. *Dorville* in Van. critic. pag. 102. et ad Chariton. p. 161. *Klotz* lectt. Venus. pag. 377. sqq. et ad od. seq. vers. 18. Componere haud poenitebit, quae apud *Thomas Percy* in Reliques of ancient englisch Poetry (London 1765. vol. II. p. 133.) secundum interpretationem in Neuen Bibliothek der schoenen Wissenschaften (vol. II. part. I. pag. 71.) leguntur. „Ihr krauses Haar schien iedem Blicke den reinsten Fäden Goldes gleich; Ihr glänzend Aug warf wie die Perlen, aus Morgenland ein himmlisch Licht, das Blut trieb eine solche Farbe auf der crystalenen Wange vor, als ob die Lilie vnd Rose im Wettstreit um den Vorzug wär„ vid. etiam od. seq. v. 28. ibique notam.

v. 24. Labia sunt Suadae sedes. v. Fabrum ad h. l.

Προκαλούμενον φίλημα.
Τρυφεροῦ δ' ἔσω γενείου,
Περὶ Λυγδίνῳ τραχήλῳ,
Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι.

et *Klotzii* Lectt. Venus. pag. 187. vbi nec noster omissus est locus. adde Wielandi Comische Erzählungen. Endymion v. 49. sqq.

26. v. Lessingii V. C. Laocoon. p. 218.

27. Λυγδ. verto, circa, aut, per *laeue* aut *candidum* collum. *Martial.* I. ep. 13. v. 3. habet *Candida Lygdos*. *Bion.* I. 27. vbi vide notam, *niueas mammas*, dicit. conf. *Schrader* ad Musaeum pag. 176. Λύγδινον dici a λύγδος, qui locus erat in Paro insula, vnde candidissimum marmor effodi solitum erat, Baxter aiebat. Sed Stephanus, quem vide, rectius dixerat, esse marmoris genus, et laudarat iam *Philostrat.* prooem. Iconum, vbi Olearius plura de hoc lapide Alabastrite profert, idemque laudat *Plinium* H. N. XXXVI. 8. qui ab initio, „De Alabastrite, et Lygdino et Abalandico; ait, Hunc aliqui lapidem alabastritem vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria. — Nascitur circa Thebas Aegyptiacas et Damascum Syriae. Hic ceteris candidior.„ Est etiam λύγδος *Paria*. conf. Salmasii Exercitt. Plinian. pag. 394. edit. Vltraiect. qui de hoc lapide agit copiosissime. Poetae vero candorem et nitorem hominis aut rei etiam cum Pario marmore comparare solent. *Pindar.* Nem. Od. 4. v. 131. στάλαν θέμεν Παρίου λίθου λευκοτέραν. *Horat.* I. od. 19. v. 5. *Vrit me Glycerae nitor splendentis* Pario marmore *purius*, et Seneca Hippolyt. v. 794. *Lucebit* Pario marmore *clarius*. Confer *Klotz* de felici audacia Horatii pag. 155. in Opusculis.

Στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν
Ὑποπορφύροισι πέπλοις.
Διαφαινέτω δὲ σαρκῶν
Ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον·
Ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτήν·
Τάχα, κηρὲ, καὶ λαλήσεις.

CAR.

v. 29. ςόλισον. v. indicem.

30. Subpurpureum imperat colorem, qui dilutior ſit, et alios transmittere poſſit colores. De peplo v. indicem. Hanc veſtis deſcriptionem multi illuſtrarunt, (v *Bergler.* ad Alciphr. pag. 160.) et artifices veteres in ſtatuis et gemmis imitati ſunt. v. *Klotz* veber den Nutzen vnd Gebrauch der alten geſchnittenen Steine, pag. 86. 87. Altenb. 1768.

v. 32. *quod cutem prodat:* ſimili, ſaltem parumper diuerſo modo, *Horat.* lib. I. od. 9. v. 21. Nunc et latentis *proditor* intimo Gratus puellae *riſus* ab angulo.

v. 33. ἀπέχει. Hic locus interpretes valde torſit: Equidem κηρὸς ſupplendum cenſeo, et ita interpretor: *Cera impedit* (ſcilicet, quominus plura admittat et ſuſtineat. Atque pictura ipſi adeo placet, vt agitante quodam numine incaleſcat et filo orationis abrupto, gaudio perfuſus exclamet) *quin video ipſam* (meam puellam v. ad od. 9, 27.) *Tu cera* (tabula ex cera facta v. 8.) *mox ipſa loqueris.* Haec interpretatio facilis, ſimplex nec vllo modo contorta eſſe videtur. Cogitemus tantummodo, poetam ſpiritu adflatum loqui. Ἀπέχειν vero ſignificare, *retinere, impedire,* multis exemplis probat *Kypke* ad Marc. XIIII, 41. Hanc quidem meam interpretationem non intellexit, et, quod ſaepius fecerat, maligne explicuit Schneider p. 238. Enimuero cera et pingendi in cerea tabula ratio impedit, quo minus pictor crines vnguenta olentes (vers. 9. 10.) nec Gratias collum circumuolitantes, (v. 27. 28)

CARMEN XXVIIII. *)

De Bathyllo.

Γράφε μοι Βάθυλλον ὅτω,
Τὸν ἑταῖρον, ὡς διδάσκω·
Λιπαρὰς κόμας ποίησον,
Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας,
Τὰ δ' εἰς ἄκρον ἡλιώσας·
Ἕλικας δ' ἐλευθέρους μοι
Πλοκάμων ἄτακτα συνθεὶς,

Ἄφες

nec auerſam corporis partem, (carm. 29. v. 38 - 40) pingere poſſit: Tabula igitur haec omnia non admiſit, praeceptis picturae ſeruandis. Neque tamen cum quopiam contenderem, multo minus adeo inurbane agerem, qui cum Barneſio *ἀπέχει ſatis eſt,* explicaret, aut cum Leisnero μίσθον ſuppleret, et legeret ἄπεχε, *accipe mercedem.* quam poſtremam interpretationem fulcire videtur v. 44. carminis ſequentis.

*) Adiungimus hanc odam ſuperiori, quia altera alteram illuſtrat, atque comparatio duorum carminum et delectabit adoleſcentes, Graecarum venerum cupidos, et ſenſum inſigniter acuet. conf. *Leſſing.* Laocoont. pag. 213. *Winkelman.* ad odae antecedentis initium laudatum. *Horat.* epod. 14, 9. not. noſtram ad od. 28, 12. et Schneider Anmerk. pag. 244. vbi de ſignificatione μέλας, κυάνεος, copioſe agit, et pag. LX.

v. 5. v. *Iunius* de coma pag. 570. Homerus vocat ξανθὴν. Il. ά, 197. Odyſſ. N. 399, 431. et Il. ῥ' 51. κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι. Charites vero καλλίκομοι frequenter dicuntur a poetis: v. *Wolf.* ad Sapphus fragm. pag. 226. et *Stephan.* ad noſtrum Anacr. locum. De voc. ἡλιώσας vide indicem.

Ἄφες ὡς θέλουσι κεῖσθαι.
Ἁπαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες
Στεφέτω μέτωπον ὀφρῦς,
Κυανωτέρη δρακόντων·
Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω,
Κεκερασμένον γαλήνῃ·
Τὸ μὲν ἐξ Ἄρηος ἕλκον,
Τὸ δὲ τῆς καλῆς Κυθήρης·
Ἵνα τις τὸ μὲν φοβῆται,
Τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται.
Ῥοδίνην δ' ὁποῖα μῆλον,

Χνοίην

v. 9. δροσῶδες, *roſcida* frons eſt *ſucculenta*, vt Barnes monet, aut *ſucci plena*, vt Terent. Eunuch. II. 3. 26. ait, et ſuccus ipſe ſanguisque faciei, qui ſplendet e viuenti, viua veraque facie. *Fulget viuus in ore liquor*, ait *Martialis* (VI. epigr. 13. 4.) apud *Gronouium* in Diatriba Statiana pag. 150 ſqq. vbi de hac venuſtate vberius agit. Alia metaphora vſus Hor. I. od. 1. v. 2. laudat *cerea bracchia*, quem locum eleganter explicat Klotz in lection. Venus. pag. 188.

v. 12. conf. od. 28, 20. *Philoſtr.* icon. p. 798. ed. *Olearii*. Muſeum Capitolin. tom. III. nr. 20. Mariette loc. mem. nr. XVIIII.

v. 16. φοβῆται timeat: notanda eſt vis medii. v. *Küſter*. (pag. 14.) et *Clericus* (pag. 168.) de verbis mediis. τὸ μὲν — τὸ δὲ *partim quidem*, — *partim vero*. Barneſius, articulus, inquit, τὸ poſtulat, vt διὰ ſubaudias.

v. 18. Faber h. l. ita vertit: *Facito, vt eius genae, quae roſae colorem referunt, lanuginoſae ſint, vti malum Cydoniacum*. v. etiam *Stephan.* ad h. l. μῆλον

Χνοΐην ποίει παρειὴν·
Ἐρύθημα ὡς ἂν Αἰδῦς

Δύνα-

enim eſt h. l. *malum Cydonium.* v. Barnes. qui etiam laudat Virg. II. Ecl. 15. (vbi vide cel. Heyne.) Ab roſa vero poetas ad venuſtatem rei viuis coloribus depingendam deſumere elegantiſſimas comparationes, ad odam praecedentem v. 22. iam obſeruauimus. Addimus od. V. odam LIII. inprimis v. 19, 20. 21, 22. quibus cum verſibus componere haud poenitebit *Heſiod.* Theogen. v. 251. Hom. H. in Sol. v. 6. et plura collegit *Wolfius* ad *Sapphus* fragm. p. 227. quibus adde *Theocrit.* Id. II. v. 148. alia exempla et iudicia vide apud *Webb* in Vnterſuchung etc. pag. 71. ſqq. Anacr. oda LXII. Myrillam, ῥόδον ἐν κόραις vocat. Pari modo *Gesner* in Idyll. Euandra et Almina pag. 8. *Sie übertrift alle, wie die Roſe gemeine Gras-Blumen übertrift.* Idem pag. 164. alia vtitur comparatione eleganti. *Die Schöne war anmuthiger als der iunge Pfirſchbaum, wenn er zum erſtenmal blüht. Gleim.* p. 149. P. I. *Virg.* Aen. VIII, 168. Contra *Nemeſian.* iuuenem deplorantem inducit Eclog. II. 41. *Pallidior buxo, violaeque ſimillimus erro,* vbi Titius plura collegit exempla: adde Sapph. II. 13. et quae vbi adnotaui.

v. 20. Ἐρύθημα. Radix eſt, quae erythrodanum etiam vocatur, qua mulieres faciem pingunt: vſurpatur h. v. pro verecundia, rubore. *Sappho* VIIII. p. 28. audacius canit: αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν. *Protinus cutem ignis dimanauit:* aut vti Catullus imitatus expreſſit, *tenuis ſub artus flamma dimanat* (ad quem locum v. *Statium* pag. 35. ed. Wolfii carminum Sapphus) πῦρ autem apud Sapphum ignem eſſe, qui colorem rubeum iis, qui re aliqua adficiuntur, efficiat, docet Pearce ad loc. Sapphus pag. 29. et

Δύνασαι βαλεῖν ποίησον.
Τὸ δὲ χεῖλος οὐκ ἔτ' οἶδα
Τίνι μοι τρόπῳ ποιήσεις,
Ἁπαλὸν, γέμον τε Πειθοῦς.
Τὸ δὲ πᾶν, ὁ κηρὸς αὐτὸς
Ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ.
Μετὰ δὲ πρόσωπον ἔσω,
Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρῆλθον,
Ἐλεφάντινος τράχηλος·

Μετα-

Longin. (pag. 40. eiusd. Sapph. edit.) exponit per ἐρύθημα πυρῶδες, *rubor vultus igneus.* Anacreon vero, qui inde explicari poteſt, ſuauiter addit αἰδοῦς, ὡς α. δ. βαλεῖν, h. e. *quantum addere potes,* ſcil. per artem, adiicias genae pudoris ruborem.

v. 24. vid. ad od. praeced. v. 24.

v. 25. v. *Virg.* Aen. VI. 843. Hinc pictura a nonnullis poeſis tacens; et poeſis pictura loquens nominatur, quarum tamen fines circumſcribere ſtuduit cl. *Leſſing.* in libro aureo, Laocoon etc. contra quem quaedam monuit *Klotz* in Act. litter. vol. III. P. III. p. 283. τὸ δὲ πᾶν vertit *Paw: omne, quod mente complecti et verbis exprimere queam.*

v. 27. Μετὰ cum Barneſio ſecundum cod. Vatican. repoſui, alii legunt μέγα; et Baxter defendit. At enim nexus verſuum requirit μετὰ, et tenuem breuem frontem amabant veteres.

v. 28. 29. Verſus hos paullo difficiliores interpretes vario modo explicuerunt et tentarunt. v. *Barnes.* et *Paw* ad h. l. *Schwebel.* ad Bion. I. 27. pag. 17, nihil quidem mutat, omnem vero ſenſum ex ellipſi ἂν et ἔσω pendere ſibi perſuadet, et hanc verborum vim eſſe ait: *Paene oblitus eſſem eburnei Adonidis colli.* Ego vero metuo, ne oratio langueſcat, et poe-

Μεταμάζιον δὲ ποίει,
Δίδυμάς τε χεῖρας Ἑρμοῦ·
Πολυδεύκεος δὲ μηροὺς,

Διονυ

mati multum vis et gratiae detrahatur, lubenterque adcedo *Salmasii* coniecturae, qui ad Tatii Erotica legit τὸν Ἀδώνιδος (aut cum *Paw* potius τὸν δ' Ἀδώνιδος) παρελθὼν (*superans* Adonidis collum) ἐλεφάντινος τράχηλος. Ita quoque, τὸν δ' Ἀδων. πάρελθὼν legendum iudicat Warton ad Theocrit. tom. II. p. 411. ad Toupii addenda, et docet παρελθεῖν saepe denotare, *superare*, metaphora sumta a cursoribus, qui antegressos praetereunt. D. Heinsius ad Sil. Ital. VI. 297. legit Μέγα δὲ πρ. ἔσω τόδ' Ἀδών. παρῆλθον, et interpretatur: *Facieque latus esto superansque Adonideam*, probante Colomesio ad Quinctil. Institt. Orat. X. 12. p. 1113 ed. Burm. vbi *transire* idem est ac *vincere*. Drakenb. tamen ad Silii locum amplectitur Barnesii lectionem.

v. 30. Μεταμάζιον. v. indicem.

v. 31. Mercurii manus ob gracilitatem et flexibilitatem in prouerbium abierunt. v. *Barnes*. ad h. l. In pingenda autem pulcritudine Bathylli iubet Anacreon imitari et referre imagines deorum, quibus veteres artifices summam, quam mens et ingenium hominis concipere et exprimere potuerant, pulcritudinem attribuerunt. v. *Winkelmann* Geschichte der Kunst P. I. p. 156. sq. Binas Mercurii manus expressas conspicimus in monimento apud *Caylum* in Sammlung von Alterthümern p. 210. (edit. Noriberg. 1766.) De venustate Mercurii lege *Winkelmann* Anmerkung. über die Geschichte etc. P. I. p. 45. adde *Mariette* Traité des pierres gravées tom. II. nr. 28-30.

v. 32 Castor et Pollux inter formosissimos veterum adolescentes numerabantur.. Theocrit. Idyll. XXXII. conf. *Montfauc.* antiq. expl. tom. I. part. II. p. 304.

Διονυσίην δὲ νηδύν.
Ἁπαλῶν δ' ὕπερθε μηρῶν,
Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων,
Ἀφελῆ ποίησον αἰδῶ,

Παφίην

v. 33. Bacchus summae pulcritudinis capax veteribus artificibus videbatur, praeter opinionem vulgi nostri. *Montfaucon* in antiq. expliq. tom. II. plures Bacchi effigies pulcerrime describendas aerique incidendas curauit, quas non sine quodam animi motu adspicere possum: nec vlla me capit satietas. In Museo Capitolino tom. III. nr. 30. est venustissimus Bacchus. In thesauro Gemmarum *Ebermayeriano* Norib. 1720. Bacchus venustissimus Ariadnem suam in pompa ducens in gemma quadam effictus est et expressus. confer etiam *Winkelmannum*, Veber die Kunst des Alterth. P. I. p. 160. et F . . . in epistola ad Voegelin. praemissa libro aureo: *Webbs* Vntersuchung des Schönen in der Mahlerey, (Tigur. 1766.) pag. XVI. *Mariette* l. m. nr. 33. 34. Klotz veber den Nutzen vnd Gebrauch der geschnittenen Steine. pag. 149.

v. 35 πῦρ. forte id h. l. quod *color rubeus*, de quo ad vers. 20. disputauimus.

v. 36. Ἀφελῆ, *nudum* et *apertum*: ita enim frequentius; non, vt nunc mos est, velatum corpus effinxerunt veteres artifices, summam expressuri pulcritudinem et venustatem, vti *Winkelmann*, *Caylus*; praecipue *Webb* pag. 49, libr. memor. aliique ostenderunt. Ceterum hic et sequens versus verecunde describit primos pubertatis annos. confer *Schwebel.* ad Bion. Idyll. 8, 7. *Klotzium* de verecundia Virgilii (in Opusculis p. 254 sq.) et Barth ad Calphurn. ecl. IIII. 1. Barnesius tamen ἀφελῆ reddere malit *simplicem* atque *innocentem*, minime flagitiosum: qualis esse solet puerorum nondum plane puberum.

Παφίην θέλουσαν ἤδη·
Φθονερὴν ἔχεις δὲ τέχνην,
Ὅτι μὴ τὰ νῶτα δεῖξαι
Δύνασαι· Τὰ δ' ἦν ἀμείνω.
Τί με δεῖ πόδας διδάσκειν;
Λάβε μισθὸν, ὅσσον εἴπῃς.
Τὸν Ἀπόλλωνα δὲ τοῦτον

Καθε-

v. 38. θέλουσαν] Canter in nouis lectt. pag. 116. malit legere, πνέουσαν: quae coniectura ingeniosa et elegans est, et firmari potest locis a Klotzio in Opusc. pag. 157. 158. adlatis: num vero h. l. sit necessaria, subdubito. Non enim melior forsan aut elegantior coniectura, nullo codice adiuuante, vbiuis praeferenda est lectioni vulgatae, quae probari potest et bonum gignit sensum, nec varietate aut inconstantia codicum in dubium vocatur.

v. 39. τὰ νῶτα *tergum*, totam partem corporis auersam. v. indicem.

v. 43. Apollo pulcerrimus deorum effingebatur, vide *Broukh.* ad Tibull. III. 4. 28. qui praeter ea tres effigies Apollinis aeri incidendas curauit: Museum Capitolin. tom. III. nr. XIII. XIV. XV. ac *Winkelmann* Geschichte etc. P. I. p. 158. et apud Samios in praecipua fuit veneratione. Bathylli statuam *Apuleius* in Floridis pag. 350. ed. Francof. descripsit, huiusque longiusculam ῥῆσιν in suas transtulit notas *Faber*, quam lector cum Anacreonte componat rogo. vide etiam *Lessingii* Laocoon. pag. 213. *Paw* explicat Καθ. Ἀπολ. Apollo ab artifice pictus

Καθελὼν ποίει Βάθυλλον.
Ἢν δ' ἐς Σάμον ποτ' ἔλθῃς,
Γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλου.

CAR-

erat cum inſignibus ſuis, quem Anacreon in officina conſpexit. Haec inſignia demeret artifex, ſic ex Apolline fieret ſtatim Bathyllus, et Apollinis effigies eſſet effigies ipſius Bathylli: et γϱ. Φ. E. B. ex aduerſo ſignificat: Ad effigiem Bathylli in Samo adpinge inſignia Apollinis, ſic verſa vice pro Apollinis effigie haberi poterit effigies illa Bathylli et Bathyllus erit mox Apollo. Videant vero me acutiores, num omnino vera ſit haec explicatio. Equidem lubenter acquieſco in *Leſſingii* ſententia, a poeta Apollinem fuiſſe propoſitum artifici, vt, quam pulcritudinem ſummam deſcribere non potuit, eam ab Apollinis effigie et pictura ſumeret. Atque, etiamſi Schneideri coniectura, quae eſt ingenioſa, eſſet aut fieri poſſet certa, Anacreontem tunc commoratum in inſula Rhodo, a pictore quodam Rhodio imaginem Bathylli, qui Sami fuit, ſibi pingendam curaſſe, nondum tamen a ſententia mea recedo. Poeta viderit Apollinis imaginem ſiue in officina quadam, in inſula Rhodo, ſiue alicubi, et monſtrarit pictori, a qua ſumeret exemplum, quod veram Bathylli effigiem referret. Tanta vero vtriusque ſimilitudo viſa fuit poetae, vt adfirmaret, pictorem, ſi Samum, vbi Bathyllus erat, venerit, effigiem Apollinis ibi forte picturus, poſſe a Bathyllo formam, venuſtatem et exemplum ſumere. Summa haec eſt laus venuſtatis! Alio, neque tamen plane diſſimili modo, *Virgil.* Ecl. X. 70. a Muſis petit, vt, quae ipſe minime in Galli honorem fecerit, ipſae faciant, vt pro maximis Gallo ſint; ad quem locum vide cel. *Heyne. Virgil.* Aen. I. 593., maieſtatem et ſplendorem Aeneae

CARMEN XXX. *)

Αἱ Μοῦσαι τὸν Ἔρωτα,
Δήσασαι στεφάνοισι,
Τῷ Κάλλει παρέδωκαν.
Καὶ νῦν ἡ Κυθέρεια
Ζητεῖ λύτρα φέρουσα,
Λύσασθαι τὸν Ἔρωτα.
Κἂν λύσῃ δέ τις αὐτὸν,
Οὐκ ἔξεισι, μενεῖ δέ·
Δουλεύειν δεδίδακται.

expreſſurus, ſublimem fingit ſimilitudinem a deo ductam: *os humerosque deo ſimilis.* Sentisne magnitudinem! et compara cum Homer. Odyſſ. ς'. v. 35, 36, 37. vt alia omittam loca.

*) De elegantiſſimo hoc carmine vide cl. *Ramler* libr. mem. pag. 43. tom. III.

v. 6. λύσασθαι, *ſibi redimere*, ſiue *dato pretio redimere.* λύσῃ autem vers. 7. ſi quis etiam pretio accepto redditurus ſit redemtum, vel vnico verbo, in iis, quae ad pignora et debita pertineant, ſollemni, *redditurus.* De vſu vero huius verbi in media et actiua ſignificatione vide *Clark* ad Hom. Il. ά, 20. ac *Küſter* et *Clericum* in comment. de verbis Graecorum mediis, edit. ſecundae *Wollii* pag. 94, 135, 210. et p. 240 Clarkii quoque obſeruatio typis repetita eſt.

v. 7. Κἂν] vide ad Callimachi H. in Cererem. 27. *etiamſi redderet.*

CARMEN XXXX. *)

Ἔρως ποτ' ἐν ῥόδοισι

Κοι-

*) Iudicia de hac oda ſunt diuerſa, praeſertim comparando illam cum Theocrito Idyll. 19. quod infra dabimus. Pauo primas tribuit Theocrito: Schneider libr. mem. pag. 40 et p. XVIII. ſqq. vbi noſtrum illuſtratum it odarium, putat, vtrumque proprias habere virtutes, quod alius aliam Amoris aetatem ſibi finxerit: denique, vt alios mittam, Ioannes Gottlieb Lindner V. Cl. Rector ſcholae Arnſtadienſis, in proluſione ſcholaſtica: *Vergleichung zwoer aehnlichen Stellen aus dem Theokrit vnd Anakreon*, Arnſtadii 1773. ab Anacreonte Theocritum ſuperatum fuiſſe, clare planeque docuit: quocum facio. Maior pulcritudo naturalis eſt in Anacreontis, qnam in Theocriti carmine. Vna apis vnum tantum digitum non plures vulnerare poteſt: ὠλόλυξε Anacreontis fortius eſt, quam Theocriti ἄλγει. Amor apud noſtrum ad matrem ſtatim fugit abſentem, et dolorem cauſſamque illius aptius exponit, quam Theocritus fecerat, apud quem puer iuſto ſerius commouetur, Venusque apud illum, matris perſonam melius induit: adde quod Theocritus naturam rei atque experientiam non ſatis ſequutus videtur, dum puerum mel furantem ante alueare ab vna tantum ape punctum finxit in extremis digitis. Apes enim plures aluearium defendentes, non extremos digitos, ſed totam faciem laceraſſent, toto examine commoto. Ceterum Baxter doricam dialectum retinuit: Barneſius autem ionicam iure maiori reſtituiſſe videtur.

Κοιμωμένην μέλιτταν
Οὐκ ἶδεν, ἀλλ᾽ ἐτρώθη·
Τὸν δάκτυλον δὲ δαχθεὶς
Τᾶς χειρὸς ὠλόλυξε.
Δραμὼν δὲ καὶ πετασθεὶς
Πρὸς τὴν καλὴν Κυθήρην,
Ὄλωλα, μᾶτερ, εἶπεν,
Ὄλωλα κἀποθνήσκω·
Ὄφις μ᾽ ἔτυψε μικρὸς

2. Κοιμωμένην, non, *dormientem*, ſed inſtar dormientis iacentem et cubantem, vt ſupra IX. 33. quod de ape mei ſugente adprime dici poteſt: et tunc apis turbata acrius pungit.

3. ἀλλά, hoc loco, vt ſaepius fieri ſolet, (v. Hoogeu. de particul. c. I.) indicat, quaedam ſupplenda eſſe, hoc fere modo: non viderat apem, nec ſenſerat ſtatim (v. ad Bion I. 14.) quum ille momordiſſet: *ſed tamen, at vero* vulnus accepit. Securitas et negligentia Amoris pueri bene depingitur.

5. Τᾶς, (melius τῆς, et antea δηχθεὶς a δάκνω *mordeo*, repoſuit Barnes) χειρὸς eſt ſuauis imitatio pueri, qui, digito dolente, totam manum aegrotam et vulneratam eſſe clamitat. Deinde quod modo currendo modo volando properat ad matrem, id dolorem et ingenium pueruli eleganter pingit.

10. En metum! en inſcitiam pueri ſuauiſſime deſcriptam! ſe *perculſum* eſſe, ait, a *ſerpente puſillo alato*, quem ruricolae vocitant apem, quinimo ſe moriturum eſſe clamitat. Theocritus multo inferior eſt in deſcribenda hac animi perturbatione.

Πτερωτὸς, ὃν καλοῦσι
Μέλιτταν οἱ γεωργοί.
Ἆδ' εἶπεν, εἰ τὸ κέντρον
Πονεῖ τὸ τᾶς μελίττας,
Πόσον, δοκεῖς, πονοῦσιν,
Ἔρως, ὅσους σὺ βάλλεις;

EX

v. 13. 14. ἆδ', Barnes. ἦδ'. Dein τὸ κένδρον - τὸ τᾶς μ. (Barnes. τῆς μελίττης) venuſtatem, quam Latini adſequi non poſſunt, in iterando articulo iam obſeruauit Stephanus. Germani vero bene exprimere poſſunt: *wenn der Stachel ſchmerzt, der von der Biene.* πονεῖ actiue, *cruciat*, mox πονοῦσι paſſiue, *dolent.* Ceterum confer Ramleri *Lyriſche Blumenleſe*, Lipſiae 1774. libr. I. carm. 30, et libr. IIII. pag. 307, carm. 25.



****

EX TYRTAEO *)

CARMEN I

*) Tyrtaeus, Athenienfis, floruit anno 4to Olymp. XXIII. poeta fuit egregius; pede vero claudus. quem, bello fecundo inter Meffenios et Spartanos gefto, Athenienfes Lacaedemoniis, ducem belli ab Athenienfibus petere, oraculo Delphis confulto, iuffis, in contemtum mifere. Iuftin. III. 5. 4. Tyrtaeus vero compofitis carminibus, quae pro concione recitaret, in quibus hortamenta virtutis, damnorum folatia, belli confilia confcripferat, militibus paene fractis tantum ardorem iniecit, vt non de falute, fed de fepultura folliciti, proelium committerent, in eoque discederent fuperiores. Hac re praeclare gefta, Tyrtaeus ius ciuitatis, praemium, reportauit. Reliqua, quae ad Tyrtaei vitam pertineant, vide in *Klotzii* differtatione erudita, de Tyrtaeo, fubiuncta locupletiffimae editioni, infcriptae: *Tyrtaei, quae fuperfunt, omnia, collegit, commentario illuftrauit, edidit Chriftianus Adolphus Klotzius.* Altenb. 1767. quam in particulis hisce formulis typographicis defcribendis fequuti fumus. Atque, quum *Klotzius*, integerrimus olim amicus, nihil paene omifit ad vocabula etiam fingula, quae paullulum obfcuriora effent, docte pulcreque, interdum vero iufto copiofius illuftranda, ex commentario illius ea tantummodo delibauimus, quae commodo eorum, quibus nofter hic labor dicatus eft, inferuire viderentur. Pauca funt, quae fiue in notis, fiue in indice adiecimus immiscuimusue. Contulimus tamen *Henrici Stephani poetas Principes*, vbi p. 473. fqq. reperiuntur Tyrtaei reliquiae; *Hertelii* edit. Theognidis et aliorum quorumdam poetarum minorum,

1 Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα
Ἄνδρ' ἀγαθὸν, περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον.

Τὴν

1583. in 8. *Carmina nouem illuſtrium feminarum* — ex bibliotheca *Fuluii Vrſini* Antwerp. 1568. p. 212. ſqq. (Klotzius quidem valde doluit, ſe librum hunc rariſſimum oculis vſurpare non potuiſſe, at, quantum intelligimus, illo haud aegre carere potuit:) tum *Wintertonii* poetas minores, Cantabrig. a. cIↃIↃcxxxv. De prioris carminis elegantia vide, quae dicit Robert. Lowth in libro de ſacra poeſi Hebraeorum pag. 20. exempli Gottingens. Theotiscam interpretationem carminum Tyrtaei, quam elegantiſſimus *Weiſſius* vol. II. Lyricorum ſuorum carminum (*kleine Lyriſche Gedichte*) pag. 127. ſqq. inſeruit, et Klotzius ſuae adiecit Tyrtaei editioni, cum graecis componere verbis, multum iuuabit, quamquam paullo liberius verba graeci poetae interdum expreſſerit vir doctiſſimus.

v. 1. γάρ. Carmen non ideo truncatum eſt, quoniam ſtatim ab initio γὰρ occurrit: elegantiſſime enim in principio orationis paullo vehementioris et concitatioris poni, obſeruat cl. *Krebſius* in Obſſ. in N. T. e Ioſepho pag. 71 et 238. et multa exempla e Ioſepho profert. vide etiam *Homerum* Il. α, 122. Hoogeu. ad Viger. de idiotism. VIII. 5. pag. 454. eumdem de particul. graecae Linguae pag. 149. 3.

καλὸν — πεσόντα. conf. *Hom.* Il. ο. 496. ibique *Clark.* eumd. ad Hom. Il. μ. 243. *Horat.* III. 2, 13. *Virg.* Aen. II. 317.

v. 2. ἀγαθὸν. v. ind. opponitur τῷ, κακὸς, de milite *timido* *Xenoph.* mem. Socr. III, 1. 9. qui eſt locus claſſicus. Horat. I. 15, 28. *Tydides melior*, h. e. fortior, *patre.* Ἀνὴρ, vt Latinorum *vir*, idem quoque ſaepius eſt, qui vir fortis, bellicoſus, intrepidus. v. Klotz.

περὶ ᾗ π. v. *Hom.* Odyſſ. β, 245. et ρ 471. ibiq. *Clark*,

Τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν καὶ πίονας ἀγροὺς
  Πτωχεύειν πάντων ἐς' ἀνιηρότατον,
Πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ γέροντι
  Παισί τε σὺν μικροῖς κουριδίῃ τ' ἀλόχῳ:
'Εχθρὸς γὰρ τοῖσι μετέσσεται, οὕς κεν ἵκηται,

v. 4. Πτωχεύειν: quomodo πτωχεία et πενία differant, doceat Ariftoph. Plut. 549. pag. 163. et *Ammon.* in πένης. vide etiam ind. *Klotzius* multa collegit exempla Tyrtaei fententiae fimilia, *Hom.* Od. ό. 342. *Oppian.* Halieut. I. 277. ad quem locum *Conr. Rittershufius* plura contulit. Eleganter quoque Kleift. *Den der fürs Vaterland den Tod nicht fcheut, Erwarte dort fein Himmel, hier fein Ruhm: vnd Schand erwartet ieden feigen Mann.*

v. 6. Κουρ. ἄλ. vide indicem.

v. 7. 'Εχθρὸς γάρ. Haec lectio metri cauffa quum perferri nequeat, alii aliter legerunt emendaruntue. *Winterton, Stephan,* in edit. minor. Theocriti aliorumque poetarum Idyll. etc. (a. 1597. in 12. pag. 26.) aliique 'Εχθρὸς μὲν γάρ: quae quidem lectio probabilis eft: *Taylor* addit aliam: Ἔχθιςος γὰρ τοῖσι, quae *Klotzio* omnium optima videtur. Melanchton legit 'Ε. γὰρ δὴ, quae mihi quidem placet. Primo γὰρ δὴ eleganter auget vim fenfus, et verterem *vtique.* vid. vers. 21. et *Hoogeueen* ad Viger. pag. 451. deinde δὴ a prima fyllaba fequentis voculae τοῖς, propter affinitatem foni facile potuit abforberi. — confer Homer. Iliad. XXIIII. 533. fqq.

κεν] vide ad Callim. H. in Cerer. 27. et Hoogeu. de partic. pag. 77. n. 2. hoc loco conftruitur cum aor. 2. coniunctiui, et reddi poteft *ad quoscumque veniret,* vel *venerit,* ab ἱκνέομαι, *venio.*

Χρησμοσύνῃ τ' εἴκων καὶ στυγερῇ πενίῃ·
Αἰσχύνει τε γένος, κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει,
Πᾶσα δ' ἀτιμία καὶ κακότης ἕπεται.
Εἰθ' οὕτως ἀνδρός τοι ἀλωμένου οὐδεμί' ὤρη

Γίνε-

v. 8. εἴκων. *cedens, victus*. compara *Hom.* Il. ν', 224. Od. ξ, 158. praecipue *Theognid.* v. 177. etc. v. 388. v. 649. ſqq.

v. 9. Αἰσχύνει v. *Bergler.* ad Ariſtoph. Aues. 1451. τὸ γένος ȣ̓ καταισχυνῶ, *Familiae meae nolo eſſe dedecori.*

v. 10. Ἀτιμία. Ita legendum cenſet *Klotzius* pro vulgari lectione, ἀθυμία, quam etiam dedit Vrſin. et defendit cenſor editionis Tyrtaei in Berolin. Bibliotheca vol. XII. part. I. Sermo enim eſſe videbatur Klotzio de turpitudine et ignominia, quae perferenda ſit homini ignauo timidoque, non de deſperatione animi. Atque legibus, iis, qui ſtationem relinquerent turpiterque aufugerent, ἀτιμία fuit conſtituta. Multa collegit *Klotzius* ad illuſtrandam huius vocabuli poteſtatem, et plura ſine negotio addi poſſent, ſi hic locus eſſet. vide inter ea loca a *Klotzio* iam excitata: *Harpocration* ſ. v. ἄτιμος; *Taylor.* ad Demoſthen. tom. II. p. 310. *Herodot.* libr. VII. 229. et *Valkenar.* ad illum pag. 614. *Andocid.* Or. I. pag. 207. ed. Hanou. adde Perizonii Anim. hiſtor. pag. 245. Petitum in comment. ad LL. Atticas pag. 469, 470. edit. Weſſelingii.

κακότης. *labor, dolor, omnis generis mala.* de hoc vocab. vid. *Rittershus.* ad Oppian. pag. 212.

v. 11. Ὤρη v. indicem. — ἀλωμ. Vrſin. de partic. τοι vide ad Pythag. 24.

Γίνεται, οὔτ' αἰδὼς εἰσοπίσω τελέθει.
Θυμῷ γῆς περὶ τῆσδε μαχώμεθα καὶ περὶ παίδων
Θνήσκωμεν, ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι.
Ὦ νέοι, ἀλλὰ μάχεσθε παρ' ἀλλήλοισι μένοντες,
Μηδὲ φυγῆς αἰσχρᾶς ἄρχετε, μηδὲ φόβου.
Ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θυμὸν,
Μηδὲ φιλοψυχεῖτ' ἀνδράσι μαρνάμενοι,

Τὰς

v. 12. γίνεται al. γίγνεται: quae vocabula librarios pro lubitu suo mutasse, ait *Pierson.* ad verb. Moerid. p. 108. Γίγνεται. Ἀττικῶς; γίνεται ἑλληνικῶς; et excit. *Valken.* ad Euripid. Phoeniss. v. 1396.

v. 14. ψυχέων] Quae habebant Graeci omnium carissima, vitam adeoque animam, vocabant ψυχὴν, vti bene obseruauit Valckenar. ad Theocriti Adoniaz. v. 36. pag. 342. adde indicem.

v. 15. *ἀλλὰ, agedum.* Sic *Tyrtaeus* II. 1. confer Hoogeu. de partic. pag. 8. Viger. et Hoogeu. de Idiotism. gr. dict. p. 439. Klotzius reddidit, *itaque, igitur.* vide indicem.

v. 16. Sens. est: ne *fugiatis;* ne *timeatis:* Sic *Isocrat.* Paneg. I. pag. 10. τὰς πρώτους τῶν λόγων ἀρχομένας, quae Wolfius vertit, *a quibus primis initium dicendi sit profectum.* ἄρχομαι enim, vti *coepi* apud Latinos, periphrasi tantummodo inseruire, est notissimum. vid. praeter Klotzium ad h. l. *Heuman.* aliosque interpretes ad Act. Apost. I. 1.

v. 17. ἐ. φ. θυμ. Graecorum poetarum propria dicendi formula, quae apud Homerum, qui quidem pro ποιεῖν adhibet τίθημι aut ἐντίθημι, saepe occurrit. De ποιεῖν θυμὸν. vid. *Valken.* ad Herodo. III. p. 206.

Τὺς δὲ παλαιοτέρυς, ὧν ὐκέτι γύνατ' ἐλαφρὰ,
Μὴ καταλείποντες φεύγετε τὺς γεραιούς.
'Αισχρὸν γὰρ δὴ τῦτο, μετὰ προμάχοισι πεσόντα
Κεῖσθαι πρόσθε νέων ἄνδρα παλαιότερον
Ἤδη λευκὸν ἔχοντα κάρη, πολιόν τε γένειον,
Θυμὸν ἀποπνείοντ' ἄλκιμον ἐν κονίῃ,
'Αιματοέντ' αἰδοῖα φίλαις ἐν χερσὶν ἔχοντα,

'Αισ-

v. 19. τ. παλαιοτ. intellige κατὰ τὺς παλ. verte, *quod autem ad senes adtinet.* Sic infra Bion. I. 90. v. Klotz. et *Dorvill.* ad Charit. p. 642, vbi bene multos auctores in suas vocat partes, et p. 669. *Wesseling.* ad Herodot. C. VIIII. p. 691. *Fischer* ad Aesch. dial. tert. p. 107. *Perizon.* ad Sanctii Mineruam p. 130. 146. 549. *Tobiae Eckardi* obss. philol. ex Aristophanis Pluto ad N. T. Quedlinburg. 1733. pag. 89. Pari modo Genitiuus absolutus ponitur. *Xenoph.* M. S. I. 3. 8. ἀφροδισίων, scil. περὶ, *quod ad res Venerias adtinet.*

v. 22. κεῖσθαι. De interfecto et extento crebro vsurpatur: pariter vsurpant Latini verbum *iacere.* Vide *Heusing.* ad Aesop. fab. 72. p. 60. et ad *Vechner.* Hellenolex. pag. 488. *Klotz.* ad Tyrt. pag. 52. et *Stauer.* ad Cornel. Nepot. VIII. 2. n. 6.

v. 23. conf. *Hom.* Il. ώ. 516. *Ouid.* Metam. VIII. 528.

v. 25. Poeta summum pudoris verecundiaeque studium in ipsa morte eleganter indicare videtur: *cruenta pudenda suis manibus tegens.* Ouid. Metam. XIII. 479. ablegat *Klotzius* ad *Plin.* Ep. IIII. 11. 9. et obss. Gesner. et Cort. ad h. l. ad *Rittershus.* ad Oppian. Hal. II. 641. Excitat quoque La Fontaine: qui *Elle tombe,* inquit, *et tombant range ses vêtemens, Dernier trait de pudeur, même au dernier moment.* Pari modo Caesar vulneratus in curia apud Suet. vita Caes. c. 82.

('Αισχρὰ τάγ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητὸν ἰδεῖν)
Καὶ χρόα γυμνωθέντα· νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν,
'Οφρ' ἄρα τῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ,

'Αν-

finiſtra manu ſinum ad ima crura deduxit, quo honeſtius caderet, etiam inferiore corporis parte velata.

v. 26. De νεμεσ. vid. indicem.

v. 27. γυμνωθ. Senſum huius loci duplicem eſſe autumat *Klotzius*, vel: Turpe eſſe, ſenem iacere ſpoliatum armis. His enim priuari cum apud alias gentes (v. Freinshem. ad Curt. IV, 12.) tum apud Lacedaemonios turpiſſimum iudicabatur. confer Perizon. Animadu. hiſtor. p. 245. Horum pueri nati in clypeo ponebantur, matribus clamantibus ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τάν. v. *Meurſii* Miſcell. Lacon. libr. II. c. I. (de vocabulo τὰν v. *Scholiaſt.* ad *Lucian.* Gall. p. 727. tom. II. ed. Reitz., et de γύμνωθ. v. indic.) vel probabilius explicandum eſſe locum de ſene nudo corpore iacente et ſpoliato veſtibus. χρόα (graecismus pro κατὰ χρόα) γυμνωθ. *corpore denudatum.*

νέοισι totus locus hic ſubobſcurus expreſſus eſt ex *Hom.* Il. X, 71. et eius ſenſus hic eſt, iudice *Klotzio*: in iuuenibus, donec florem aetatis habent, (in Graeco eſt mutatio numeri, vt ſaepe, ita vt vel genus mutetur et ἀπὸ τοῦ κοινοῦ nomen quoddam repetatur; e. g. *Xenoph.* mem. I. 11. pag. 43. τὸ θεῖον — αὐτοὺς; vbi vide cl. Erneſti) omnia commode conſpici ab aliis poſſunt: iuuenis et viuens viris mulieribusque amabilis viſu, et in prima acie cadens pulcer eſt.

v. 28. ὄφρα, *quamdiu.* v. Hoogeu. de partic. II. p. 1026. De ἄρα vide ad Callim. H. in Cerer. 113. — ἥβης ἄνθος Poetae vtriusque linguae et omnium gentium elegantiorum a floribus, hortis, plantis etc. ſumta frequenter transtulerunt ad iuuentutis tempora

'Ανδράσι μὲν θητοῖσιν ἰδεῖν ἐρατὸς δὲ γυναιξὶ
Ζωὸς ἐών, καλὸς δ' ἐν προμάχοισι. πεσών,
'Αλλά τις ἒυ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι
Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών.

CAR-

indicanda comparantque lubenter cum floribus primam vitae aetatem. *Hom.* Il. ν', 484. pluraque exempla collegit *Klotzius;* omisit tamen obseruat. *Rittershusii* elegantissimam ad Oppian. pag. 136. qui bene monuit, exemplisque illustrauit, quod optimum purissimumque fuerit in quaque re, id *florem rei* adpellasse veteres. Hinc apud *Aeschyl.* Prom. 23. χροιᾶς ἄνθος. conf. *Heins.* ad Sil. Ital. III. 84.

v. 31. 'Αλλά τις. *vos vero, agedum quisque* v. ind. sub v. τις et διαβαίνω, et ad v. 15.

v. 32. στηριχθεὶς] στηρίζω proprie dicitur de corpore debili et infirmo, quod innititur baculo, vt et de corpore, quod cibo et potu sustentatur et firmatur. vide Lamb. Bosii Exercitt. in N. T. ad Roman. I. 11. Protenso itaque altero pede, qui terrae, tamquam baculo, infixus firmiter stet, gradum quilibet vestrum componat ad pugnandum atque excipiendum hostem, tanto ardore et animo, vt prae cupidine dimicandi et vincendi dentibus infrendens labia mordeat. Nam in verbis χ. οδυ δακ. pulcram picturam incensi militis, qui labia mordeat, siue, vt minus sentiat dolores e vulneribus percipiendos, siue vt terribilior sit hostibus, animaduertit elegantissimus *Klotzius*, et excitat *Aristoph.* Vesp. 1078. vbi *Steph. Bergler* et Scholiast. sunt conferendi. Sic *Ammian. Marcell.* XVI. 12. *Silius Ital.* V. 526. (vbi Heinsius et Drakenb. plura excitarunt loca) *Labitur infelix, atque appetit ore cruento Tellurem exspirans.*

CARMEN II.

Ἀλλ' Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικήτου γένος ἐστέ,
Θαρσεῖτ', οὔπω Ζεὺς αὐχένα λοξὸν ἔχει.
Μηδ' ἀνδρῶν πληθὺν δειμαίνετε, μηδὲ φοβεῖσθε,
Ἰθὺς δ' εἰς προμάχους ἀσπίδ' ἀνὴρ ἐχέτω,
Ἐχθρὰν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ μελαίνας
Αὐγαῖσιν κῆρας ἠελίοιο φίλας.

Ἴστε

1. ἀλλ' *Agedum.* vide ad Tyrt. I. 15. *Hercules inuictus*, ἀνίκητος, in antiquis monimentis haud raro occurrit. v. Montefalcon Antiqq. Expliq. tom. I. p. II. tab. 134. aliosque a Klotzio laudatos. Non solum ex progenie Herculis Spartae reges fuere, sed et in vniuersum Lacedaemonii dicebantur Herculis genus. Praeter ea a Klotzio in medium prolata conferes Cornel. Nepot. XVII. c. I. 2. ibique a me et Stauerio notata. Sens. Memores estote auctoris generis vestri fortis atque inuicti, et intrepidi estote, firmam habete fiduciam. Ἀνίκητον Vrsin. rectius vero ἀνικήτου, nisi illud poetice interpreteris, ita vt Ἡρ. ἀνίκητον γένος pro Ἡρ. ἀνικήτου γεν. positum sit.

2. Iupiter transuersum ceruicem nondum habet, h. e. nondum nobis irascitur, nondum nos contemnit, nec suum nobis auxilium denegat: sed fauet adhuc et propitius est. *Respicere* enim dicuntur dii, quando opem ferunt, iuuant et curant aliquid: contra oculos auertere, aut tergum ostendere, irae diuinae signum credebatur. v. Klotz.

v. 4. εἰς. Vrsin. ἐς, vt vers. 12.

6. Klotzius amplectitur viri cuiusdam docti in Obss. Miscell. vol. I. tom. I. pag. 128. emendationem:

Ἴστε γὰρ ὡς Ἄρηος πολυδακρύτου ἔργ' ἀρίδηλα,
Εὖ δ' ὀργὴν ἐδάητ' ἀργαλέου πολέμου.
Καὶ μετὰ φευγόντων τε διωκόντων τ' ἐγένεσθε,
Ὦ νέοι, ἀμφοτέρων δ' εἰς κόρον ἠλάσατε.
Οἱ μὲν γὰρ τολμῶσι παρ' ἀλλήλοισι μένοντες
Ἔς τ' αὐτοσχεδίην καὶ προμάχους ἰέναι,
Παυρότεροι θνήσκουσι, σαοῦσι δὲ λαὸν ὀπίσσω,
Τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή·
Οὐδεὶς ἄν ποτε ταῦτα λέγων ἀνύσειεν ἕκαστα,
Ὅσσ', ἂν αἰσχρὰ πάθῃ, γίνεται ἀνδρὶ κακά.
Ἀργαλέον γὰρ ὄπισθε μετάφρενόν ἐστι δαΐζειν

Ἀνδρὸς

μελαίνας κῆρας ἸΣ (*instar, aeque*) αὐγαῖσιν ἠελίοιο φίλας. Sensus est: Vitam habe inimicam, hoc est contemne, mortis atra fata, h. e. mortem (v. Mimnerm. II. 5.) aeque ac lucem solis, h. e. vitam ama. Αὐγαὶ ἠελίου idem est ac φάος ἠελίου *vita*. v. Theogn. 426. al.

8. ὀργὴν, h. l. *ingenium*, i. e. *conditionem*. v. Klotz.

14. τρεσσαντ.] Vrsin. τρεσάντων, *qui territi sunt.* prius poet. a τρέω, deinde τρέμω, *tremo.*

15. Οὐ δ'. εἶ ἂν δ' rectius dedit Vrsin. cum aliis: *nemo prorsus*, et Klotzius laudauit Alberti Obseru. pag. 205. et P. Moll. ad Longi Pastor. pag. 52. λέγων ἀνύσειεν est Graecismus ἀνύω *perficio* cum participio λέγων innuit promtitudinem dicendi. S. nemo prorsus singula illa mala (quae turpiter fugientem e proelio insequuntur, infamia, mors, v. Klotz. et carmen superius) verbis subito promteque explicaret. v. infra Plut. Aristoph. 413. *Dorville* ad Chariton. pag. 560. *Viger.* et Hoogeu. de Idiotism. gr. dict. VI. 2. pag. 350.

'Ανδρὸς φεύγοντος δηΐῳ ἐν πολέμῳ.
'Αισχρὸς δ' ἔςι νέκυς κατακείμενος ἐν κονίῃσι
Νῶτον ὄπισθ' αἰχμῇ δουρὸς ἐληλαμένος.
'Αλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισιν,
Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδȣ̃σι δακὼν,
Μήρους τε κνήμας τε κάτω καὶ ςέρνα καὶ ὤμους
'Ασπίδος εὐρείης γαςρὶ καλυψάμενος.
Δεξιτερῇ δ' ἐν χειρὶ τινασσέτω ὄβριμον ἔγχος,
Κινείτω δὲ λόφον δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς.
"Ερδων δ' ὄβριμα ἔργα, διδασκέσθω πολεμίζειν,
Μηδ' ἐκτὸς βελέων ἑςάτω ἀσπίδ' ἔχων.

'Αλλά

19. *αἰσχρός*. in margine melius est *αἰσχρὸν* scil. *τι* turpe est. vide quos laudat Klotzius. — *κατακείμενος* vide ad Tyrt. I. vers. 22.

20. *in tergo cuspide hastae vulneratus*: in tergo autem vulnera accipere, apud Graecos, praecipue Lacedaemonios, et Romanos turpissimum habebatur. vide Klotz.

v. 21. 22. vide ad prius Tyrtaei carmen v. 31. 32.

24. *γαςρὶ* *ventre*, vel h. l. vt Hertelius bene vertit, *vmbone*, audacter dicitur: a Graecis vero plurimas corporis humani partes ad alias res audacius transferri, vberrime docet Klotz. S. *se totum lato clypeo contegens*.

26. *δεινός* vide ad Pythagor. 44. Cristis autem in galeis vtebantur non solum ad ornatum, sed etiam ad terrorem incutiendum, vt Klotz late docet. adde *Io. Iac. Witteri* sub praesidio *Io. Henr. Lederlini* habitam disput. de Galeis veterum. Argentor. 1716. inprimis cap. 3. pag. 12. sqq.

28. *μή δ'* Vrsin. *ἐκτὸς βελέων* Hertel vertit *a telis*

'Αλλά τις ἐγγὺς ἰὼν αὐτοσχεδὸν ἔγχεϊ μακρῷ
Ἢ ξίφει οὐτάζων δήϊον ἄνδρ' ἑλέτω.
Καὶ πόδα παρ' ποδὶ θεὶς, καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ' ἐρείσας,
Ἐν δὲ λόφον τε λόφῳ καὶ κυνέην κυνέῃ,
Καὶ στέρνον στέρνῳ πεπαλημένος ἀνδρὶ μαχέσθω,
Ἢ ξίφεος κώπην, ἢ δόρυ μακρὸν ἑλών.
Ὑμεῖς δ' ὦ γυμνῆτες ὑπ' ἀσπίδος ἄλλοθεν ἄλλος
Πτώσσοντες, μεγάλοις σφάλλετε χερμαδίοις,
Δούρασί τε ξεστοῖσιν ἀκοντίζοντες ἐς αὐτοὺς
Τοῖσι πανοπλίοις πλησίον ἱστάμενοι.

EX

procul; malim, vti noſtrates; *auſſer dem Wurf*, βέλος enim denotat et *telum*, et *ictum*. Sens. quilibet ita ſtet, et ita clypeum teneat ac moderetur, vt a telo ictuque non poſſit feriri ac vulnerari.

29. ἐγγὺς ἰὼν et ἄνδρ' ἑλέτω, imitatus paene videtur Virgil. X. Aen. 632. *totas implicuere inter ſe legitque virum vir.* Idem certe ſenſus eſt. v. Klotz.

31. Locis a Klotio adlatis, de phalange et militibus in acie denſe ſtantibus, adde Curtium III. 2. 13. *Macedonum acies torua ſane et inculta, clypeis haſtisque immobiles cuneos et conferta robora virorum tegit. Ipſi phalangem vocant peditum ſtabile agmen, vir viro, armis arma conſerta ſunt.*

35. 36. ὑπ' ἀσπίδος - πτώσσοντες *ſub ſcuta vos abſcondite.* Plerumque alias metus notionem et actionem adiunctam habet verbum. σφάλλετε, minus vſitatum, magisque poeticum hoc vocabulum praefert Klotzius alteri, quod etiam dedit Vrſinus, βάλλετε: ſenſus vero idem eſt: *grandes iactate lapides.*

38. ταῖσι πανοπλίαις, elegantius reſcripſerunt Vrſinus, Hertel etc. iureque placet Klotzio, quem vide. S. ſtantes prope grauis armaturae milites.



EX MIMNERMI *)

ELEGIIS **).

*) De Mimnermo, Colophone, Ioniae oppido, orto, parum conſtat. Tempore Solonis vixit, clarus poeta elegiacus, et inuentor pentametri eſſe dicitur. *Faber* in vitis poetarum Graecorum, (les Vies des poëtes grecs en Abregé par Mr. le Févre, avec les Remarques de Mr. Adr. Reland. a Basle 1766.) pag. 41. „Il y a bien de l'apparence qu'il avoit compoſé quelques-uns de ſes ouvrages ſous le regne du Grand Cyrus: — On trouve encore aſſez de fragmens de cet Auteur, pour pouvoir dire avec beaucoup de fondement, que Mimnerme fut un très-bel eſprit, & un des plus grands ornemens de l'antiquité, ſur-tout dans les matieres amoureuſes, & dans les deſcriptions de la belle volupté. — Pour ſon ſtile, il eſt très-agreable, & rempli de l'abondance de l'ancienne Grece: Et il eſt aiſé de juger que Mimnerme compoſoit fort facilement. On pourroit même, en certaines choſes, le comparer â Ovide; excepté que le ſtile du poëte Latin n'eſt pas ſi ſerré, ni ſi plein que celui du poëte grec.„

**) Sequuti ſumus Stephani exemplar, *Theocriti aliorumque poetarum Idyllia* (MDLXXIX. in 12. s. notis) inſcriptum p. 45. et contulimus *Wintertoni Poetas minores Graecos* pag. 505. apud quem tamen alius plane ordo eſt verſuum. Duo priores reperiuntur apud illum, vbi Stephanus quinque antea poſuerat; ab initio autem ſtellulae ſunt adpictae; quaſi in ſuo exemplo aliquid defuiſſet. Eadem diuerſitas ordinis verſuum et fragmentorum eſt apud Vrſinum in carmin. IX. nou. illuſtr. femin. pag. 227. nec non in

Τιθωνῷ μὲν ἔδωκε κακὸν ἄφθιτον ὁ Ζεὺς
  Γῆρας, ὃ καὶ θανάτου ῥίγιον ἀργαλέου.
Τερπνὸν ὁμῶς καὶ καλὸν ἐπεὶ πλέον ὤφελεν εἶναι,
  Ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον γίγνεται, ὥσπερ ὄναρ,
Ἥβη τιμήεσσα· τὸ δ' ἀργαλέον καὶ ἄμορφον

Γῆρας

poetis gr. heroici carminis ab Stephano editis, tom. II. pag 484. et Hertelium, cuius libellum ad Tyrtaeum laudauimus, qui vero Stephani lectionem retinuit. adde Stobaeum cap. 115. pag. 592.

v. 1. Τιθώνῳ. Tithonum, filium Laomedontis, Aurora ob formam faciei pulcerrimam adamauit, et propter senectutis vitaeque longinquitatem, quum mori non potuisset, in cicadam mutauit. vide *Hygini* fab. 270, ibique *Munker*: *Erasmi* Adagia, Chil. I. cent. VI. pag. 61. ed Frobenii. *Homer*. Odyss. ε, 1. ibique Schol. eiusdemque H. in Vener. I. v. 219. *Lambin*. ad Horat. II. od. 16, v. 30. *Tyrtaeum* III. v. 6. ibique Klotz pag. 71.

ἄφθιτ. de hoc vocabulo vide disputat. *Dorvillii* in vann. crit. pag. 33. Est enim epitheton ordinarium rebus diuinis datum. — ἔδωκεν Vrsin.

v. 4. Haec quaerela adhuc fatigat homines ac praecipue poetas: et scriptores vtriusque linguae sunt illius pleni. Nubem testium vide apud *Du Port* in Gnomolog. Homeri pag. 263. 264. Auget breuitatem vitae Mimnermus similitudine tam frequenti quam eleganti a somno ducta, qua res omnes mobiles et fluxae comparantur. vid. *Rittershus*. ad Oppian. pag. 165. copiose de illa disputantem, et *Schwebel* ad Bion I. 59.

v. 5. ἄμορφον. conf. *Anacr*. od. XI. *Hor*. I. od. 9. 16. et *Weiße*, vir elegantissimus, in Scherzhafte Lieder pag. 173. ed. tert.

Γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτίχ' ὑπερκρέμαται,
Ἐχθρὸν ὁμῶς καὶ ἄτιμον· ὅ, τ' ἄγνωςον τιθεῖ ἄνδρα,
Βλάπτει δ' ὀφθαλμοὺς καὶ νόον ἀμφιχυθέν.
Τὸ πρὶν ἐὼν κάλλιςος, ἐπὴν παραμείψεται ὥρη,
Οὔτε πατὴρ παισὶν τίμιος, οὔτε φίλοις.

II.

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς ἀφροδίτης; 1
Τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

D 3 Κρυπτα-

v. 7. τιθεῖ, *facit, reddit.* Τιθέναι cum aliis adiectiuis coniunctum frequenter poni pro ποιεῖν, docet *Kypke* in Obff. in N. T. pag. 215. tom. II. Sic carm. feq. v. 6. infra Call. H. in Cerer. v. 24. 55. Pindar. Olymp. I. v. 103. adde indicem.

v. 8. conf. *Duport* Gnomolog. Homer. pag. 188.

v. 9. τὸ *fcilicet, nempe.* — ὥρη. vid. ad *Tyrtaeum.* I. v. 28. *Thom. Mag.* pag. 932. ac indic. noftr. Ceterum fragilitatem et vanitatem vitae humanae, variis exemplis e rerum natura fumtis et illuftratis, elegantiffime defcripfit *Theocritus* Idyll. XXIII. praecipue verf. 30. feqq. Notum eft illud *Ouidii* II. Art. 218. „Forma bonum fragile eft, quantumque adcedit ad annos, Fit minor et fpatio carpitur ipfa fuo.„ adde *Ouid.* III. Trift. 7. 33. *Titium* et *Barth* ad Nemefian. ecl. IIII. 24. *de la Cerda* ad Virgil. Ecl. II. 18. *Schwebel* ad Bion. I. 11.

v. 10. παισὶ Vrfin. de ν ἐφελκυςικȣ̃ v. ad Theocrit. XXX. 43. — φίλος Steph. in marg. ed. mai. conf. *Stobaei* Sent. fermo. 590.

v. 1. Exftat quoque fragmentum hoc in *Stobaei* Sententiis, ferm. LXI. pag. 387.

Κρυπταδίη φιλότης καὶ μείλιχα δῶρα καὶ εὐνή,
Ἄνθεα εἰ ἥβης γίγνεται ἁρπαλέα
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξίν. ἐπεὶ δ' ὀδύνηρον ἐπέλθῃ
Γῆρας, ὅ, τ' αἰσχρὸν ὁμῶς καὶ καλὸν ἄνδρα τιθεῖ,
Αἰεὶ μὲν φρένας ἀμφὶ κακαὶ τείρουσι μέριμναι,
Οὐδ' αὐγὰς προσορῶν τέρπεται ἠελίου·
Ἀλλ' ἐχθρὸς μὲν παισὶν, ἀτίμαστος δὲ γυναιξίν.
Οὕτως ἀργαλέον γῆρας ἔθηκε θεός.

III *).

Ἡμεῖς δ', οἷά τε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη
Ἦρος, ὅτ' αἶψ' αὐγῇ αὔξεται ἠελίου·
Τοῖς ἴκελοι, πήχυον ἐπὶ χρόνον ἄνθεσιν ἥβης
Τερπόμεθα, πρὸς θεῶν εἰδότες οὔτε κακὸν,
Οὔτ' ἀγαθόν· κῆρες δὲ παρεστήκασι μέλαιναι,
Ἡ μὲν, ἔχουσα τέλος γήραος ἀργαλέου·
Ἡ δ' ἑτέρη, θανάτοιο· μίνυνθα δὲ γίγνεται ἥβης
Καρπὸς, ὅσον τ' ἐπὶ γῆν κίδναται ἠέλιος.
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τοῦτο τέλος παραμείψεται ὥρης,

Αὐ-

*) conf. *Stobaei* Sententias. Serm. XCVI. p. 528. vbi v. 2. legitur ἔαρος: in ſcanſione tamen duae tantummodo ſyllabae conſiderantur, priore contracta quaſi et producta.

v. 5. κῆρες. *Parcae:* confer Tyrtaeum II. 5. ſunt etiam *furiae*, cum *Parcis* ſaepe confuſae. v. cl. *Ruhnken.* ep. crit. pag. 59. *Spanhem.* ad Call. H. in Cerer. v. 64.

v. 7. γίνεται Vrſin. et Stobaeus, vide ad Tyrt. I. 12.

Αὐτίκα δὴ τεθνᾶναι βέλτιον ἢ βίοτος.
Πολλὰ γὰρ ἐν θυμῷ κακὰ γίγνεται· ἄλλοτε τ' οἶκος
Τρυχοῦται, πενίης δ' ἔργ' ὀδυνηρὰ πέλει,
Ἄλλος δ' αὖ παίδων ἐπιδεύεται, ὧν τε μάλιστα
Ἱμείρων κατὰ γῆς ἔρχεται εἰς ἀΐδην.
Ἄλλος νοῦσον ἔχει θυμοφθόρον· οὐδέ τις ἐστὶν
Ἀνθρώπων, ᾧ μὴ Ζεὺς κακὰ πολλὰ διδῷ.

IIII. *)

Ἠέλιος μὲν γὰρ πόνον ἔλλαχεν ἤματα πάντα,
Ουδέ ποτ' ἄμπαυσις γίνεται οὐδεμία

v. 10. Hemsterh. ad Aristoph. Plutum v. 1151. monet, τὸ ante τεθνᾶναι h. l. omitti, quod infinitiuis plerumque iungi debeat, et laudat L. Bos. Animaduers. c. XVIIII.

v. 12. τρυχοῦται. *Suidas* in Lexico tom. III. p. 513. τρύχουσιν, ἐλαττοῦσι. *terunt, atterunt, extenuant, minuunt.* tum τρυχωθείς, πιεσθείς, *attritus, vexatus,* denique τρυχῶ, et τρύχω, τρύχεις scribi dicit. οἶκος est *res domestica, facultates.* πενίης ἔργα est periphrasis vulgaris Graecorum, et idem ac *paupertas.* v. Klotz ad Tyrtaeum pag. 43.

v. 16. Ζεὺς μὴ Stobaeus et Stephan. in maiore edit. poet. princip.

*) Deest haec particula in *Wintertonii* et Hertelii exemplis. Vrsinus pag. 348. laudat Athenaeum XI. Μίμνερμος δ' ἐν Ναννοῖ, ἐν εὐνῇ χρυσῇ, κατεσκευασμένῃ πρὸς τὴν χρείαν ταύτην ὑπὸ Ἡφαίστου, τὸν ἥλιον καθεύδοντα περαιοῦσθαι πρὸς τὰς ἀνατολὰς αἰνισσόμενος τοῦ ποτηρίου.

v. 1. Vrsinus et Steph. in maiore corpore poetarum ἔλλαχεν πόνον.

Ἵπποισίν τε καὶ αὐτῷ, ἐπεὶ ῥοδοδάκτυλος ἠὼς
Ὠκεανὸν προλιποῦσ' οὐρανὸν εἰσαναβῇ.
Τὸν μὲν γὰρ διὰ κῦμα φέρει πολυήρατος εὐνὴ
Κοίλη, Ἡφαίστου χερσὶν ἐληλαμένη
Χρυσοῦ τιμήεντος, ὑπόπτερον, ἄκρον ἐφ' ὕδωρ
Εὕδονθ' ἁρπαλέως, χώρου ἀφ' Ἑσπερίδων
Γαῖαν ἐς Αἰθιόπων, ἵνα οἱ θοὸν ἅρμα καὶ ἵπποι
Ἑστᾶσ' ὄφρ' ἠὼς ἠριγένεια μόλῃ.
Ἔνθ' ἐπέβη ἑτέρων ὀχέων Ὑπερίονος υἱός.

HOME-

v. 3. ῥοδοδ. Sic apud *Homer*, Il. α, 477. vbi vide loca ex Virgilio a Clarkio prolata, et quae hic et cl. Ernesti pulcre obseruarunt. Adde Odyss. β, 1. ibique Schol. *Anacreont.* Od. 53, 20. et *Wolf.* ad Sapphus fragm. pag. 226.

v. 4. Veteribus fere cunctis, et sigillatim Aegyptiis fuit persuasum, Oceanum sidera ipsa tot et tantae magnitudinis pascere (*Plin.* libr. II. cap. 68.) ac solem ex humidis accendi, aut nasci et ali ex humore et exhalationibus. vid. plura de hac veterum opinione apud *Iablonskium* in Pantheo. Aegypt. P. II. pag. 103. *Lucret.* I. 232. *vnde aether sidera pascit?* vbi v. Lambin *Virgil.* I. Aen. 612. *polus dum sidera pascet.* adde infra *Anacr.* XIX. ibique notam.

v. 5. conf. *Virgil.* Georg. I. 447. Aen. III. 585. VIIII. 460.

v. 9. conf. *Hom.* Odyss. α, 231. sq. ibique Clark, et eundem ad Odyss. ο, 403. *Virgil.* Aen. IIII, 408. *Oceani finem iuxta Solemque cadentem Vltimus Aethiopum locus est;* adde *Vulcan* ad Callimach. H. in Cerer. v. 10.

v. 10. ἑστᾶσ' Vrsin. ἠριγ. vid. *Hom.* Od. ψ. 347. ibique Clark. Od β, 1. ibique Schol. Odyss. μ', 3. ibique Schol.

v. 11. Hyperionis filius Sol habebatur.

HOMERI HYMNVS

ΕΙΣ ΗΛΙΟΝ *)

IN SOLEM.

Ἥλιον ὑμνεῖν αὖτε, Διὸς τέκος, ἄρχεο μοῦσα
Καλλιόπη φαέθοντα, τὸν Εὐρυφάεσσα βοῶπις
Γείνατο Γαίης παιδὶ καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Γῆμε γὰρ Εὐροφάεσσαν ἀγακλειτὴν Ὑπερίων
Αὐτοκασιγνήτην, ἥ οἱ τέκε κάλλιμα τέκνα,
Ἠῶ τε ῥοδόπηχυν, ἐϋπλόκαμόν τε Σελήνην,
Ἠέλιόν τ᾽ ἀκάμαντ᾽ ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν,

*) Adiecimus *Homeri* hymnum in Solem, quod comparatio cum superiori tum ad interpretationem tum ad acuendum ingenium efficax est. Secundum exemplar ven. *Ernesti* hunc hymnum formulis describendum curauimus. De Homero autem multa disputare, et de lite de Hymnis, qui sub Homeri nomine circumferuntur, inter doctos homines orta, agere, hic loci non est.

v. 2. βοῶπις. de vera huius vocabuli interpretatione vide Clark et Ernesti ad *Hom.* Il. ά, 551. et est, ***magnis oculis formosa.*** Oculis autem magnis praedita habebatur formosa: qua de opinione pluribus egimus in prioribus comm. philol. ***de Oculo.***

v. 3. Quisquis auctor huius hymni fuerit, hic certe versus, qui omni caesura caret, auribus delicatuli Homeri minus dignus videtur.

v. 4. γῆμε, vid. indicem.

v. 6. conf. H. in Lunam vers. 18.

v. 7. ἀκαμ. *indefessum.* aut, vt *Virg.* Aen. V. 680. reddidit, *indomitum.* cf. *Hom.* Od. ύ, 123. Pindar. Olymp. I. 140.

ἐπιεικ. ἀθαν. Saepius vsi sunt poeta hac comparatione: vid. *Hom.* Iliad. δ, 394.

Ὃς φαίνει θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
Ἵππους ἐμβεβαώς· σμερδνὸν δ' ὅ γε δέρκεται ὄσσοις
Χρυσῆς ἐκ κόρυθος· λαμπραὶ δ' ἀκτῖνες ἀπ' αὐτοῦ
Αἰγλῆεν στίλβουσι, παρὰ κροτάφων τε παρειαὶ
Λαμπραὶ ἀπὸ κρατὸς χαρίεν κατέχουσι πρόσωπον
Τηλαυγές· καλὸν δὲ περὶ χροῒ λάμπεται ἔσθος
Λεπτουργὲς πνοιῇ ἀνέμων· ὑπὸ δ' ἄρσενες ἵπποι.
Ἔνθ' ἄρ' ὅ γε στήσας χρυσόζυγον ἅρμα καὶ ἵππους,
Ἑσπέριος πέμπησι δι' οὐρανοῦ ὠκεανόνδε.
Χαῖρε ἄναξ, πρόφρων δὲ βίον θυμήρε' ὄπαζε.
Ἐκ σέο δ' ἀρξάμενος κλήσω μερόπων γένος ἀνδρῶν
Ἡμιθέων, ὧν ἔργα θεοὶ θνητοῖσιν ἔδειξαν.

PYTHA-

v. 9. ἐμβ. Iliad. ε, 199. conſtruitur cum caſu dandi. Adhibetur quoque de naue conſcendenda. *Hom.* Il. β', 619. et confer *Dorville* ad Charit. pag. 102. *Thom. Magiſt.* pag. 369. ibique interpres. De conſtructione ἐπιβαίνειν v. *Fiſcher* ad Aeſchin. dial. pag. 61. ſq.

v. 11. *Pierſon* apud Erneſti ad h. l. emendat περὶ κροτάφοισί τ' ἔθειραι.

v. 16. ἑσπερ. Hanc lectionem, quam cl. *Ruhnken* epiſt. critica I, pag. 47. pro vulgari, θεσπέσιος coniecerat, cel. *Erneſti* in textum, quem vocant, recepit, quem ſequimur: ac *Ruhnken* comparauit cum noſtro *Apoll. Rhod.* III. 1190, 1191.

Ἠέλιος μὲν ἄπωθεν ἐρεμνὴν δύετο γαῖαν
ἑσπέριος νεάτας ὑπὲρ ἄκριας Αἰθιοπήων.

Haec inter ſubit remote terram inconſpicuam ſol,
Veſpertinus vltra extimos Aethiopum montes,

vid. Scholiaſt. ad h. loc. et ad Mimn. IV. 9.

v. 18. κλήσω vett. edd. quaedam κλῄσω, vnde vetus verſio *vocabo:* male: Scripſerim κληίσω, quod διϲσυλλάβως pronuncietur. *Erneſti.*

v. 19. ἔδειξαν. Eſt *commendarunt,* nempe iis propter ea in numerum ſuum recipiendis. *Erneſti,*



PYTHAGORAE
AVREA CARMINA.

Πυθαγόρε *)

*) Pythagoras, ex insula Samo ortus, quo tempore vixerit, et quam diu fuerit in viuis, valde incertum est, atque inquisitio huius rei quorumdam doctorum hominum industriam et ingenium mire exercuit. In primis quatuor Angli in aetate Pythagorae curatius definienda multum temporis et diligentiae collocarunt; *Richardus Bentlei* in diss. de Epistolis Phalaridis, Londini 1699. 8, tum *Guilielmus Lloydius* in diss. de Chronologia Pythagorae, Londini 1699. 8. dein *Jackson* in Chronological Antiquies vol. II. pag. 374. et *Henricus Dodwellus*, qui in computatione annorum ab illis doctissimis discedit, cum in libro stupendae doctrinae, de veteribus Graecorum Romanorumque Cyclis, Oxonii 1701. sect. XII. pag. 137 sqq. tum in Exercitationibus duabus, prima de aetate Phalaridis; secunda, de aetate Pythagorae Philosophi, Londin. 1704. pag. 92. sqq. vbi omnem vitae Pythagoricae rationem vberius exponit, et annum nati Pythagorae incidere putat et probatum it, in annum Periodi Iulianae 4145. V. C. Varron. 185. ante C. N. 569. Olympiad. 52¾. annum mortis autem in an. Per. Iul. 4262, V. C. Varron. 302. a. Ch. N. 452. Olymp. $\frac{81}{82}$. ¾. atque secundum has Dodwelli rationes Pythagoras annum CXVII. agens e vita decessit. In alia transierunt alii, qui eum, LXXX, aut XC aut C annos exegisse putarunt. *Hambergerus* in zuverläſſigen Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern etc. Part. I. pag. 118. terminum, quando vixerit ille, ponit intra A. M. 3376 - 3518 aut a. Ch. N. 608 - 466. Idem ille

Hambergerus et cl. *Io. Adam Schier* in vita Pythagorae, quam subiunxit suae editioni, inscriptae; *Pythagorae aurea carmina, cum integris animaduersionibus Friderici Sylburgii, Theodori Marcilii, Viti Amerbachii et Petri Needhami, graece et latine, nunc denuo recensuit - - - historiam breuem de rebus ad Pythagoram pertinentibus, variantes lectiones, obseruationes et indices adiecit* S. Lipsiae 1750. in 8. (secundum quod exemplum haec carmina recudenda curauimus) plures laudarunt auctores, qui de vita, fatis, scriptisque Pythagorae egerunt, quibus addas A View of the dissertation upon the Epistles of Phalaris, Themistocles etc Lately publish'd by the Rev. Dr. *Bentley* also of the Examination of that Dissertation by the Honourable Mr. Boyle. London 1698. 8. pag. 6. 7. 17. M. *Frieder. Christian Eilschovs Historisch. critische Lebensbeschreibung des Weltweisen, Pythagoras. — aus dem Dänischen veberſetzt von Philander von der Weistritz.* Hafniae 1756. in 8. et *Guil. Irhouii* de Palingenesia veterum seu Metempsychosi sic dicta Pythagorica, libr. III. Amstel. 1733. in 4. qui vtilis liber ad intelligenda Pythagoraeorum placita multum facit. Pythagoras vero vsus fuit praeceptoribus Pherecyde, Phoenicio, Hermodamente, et aliis. Quum tyrannidem Polycratis in patria, Samo, diutius perferre non potuisset, Ioniam ad Thaletem, vnum e septem Sapientibus, se contulit; cuius suasu Aegyptum, sapientiae tunc temporis sedem, profectus est, vbi post multas difficultates superatas mysteriorum et litterarum arcanis initiatus Astronomiam, Geometriam et Theologiam subtiliorem didicit. *Barnesius* contra in vita Anacreontis pag. XXII. ex Porphyrio in vita Pythagorae docet, hunc ab Polycrate, suo amico et hospite, Amasi, Aegyptiorum regi, fuisse commendatum, vt ad sacra Aegyptiorum aditus ipsi pateret. Ex Aegypto in Orientem peruenisse Pytha-

goram, magos Babyloniorum adiiffe, a Cambyfis, Perfarum regis, milite inter captiuos Babylonem adductum, immo ad Indos vsque penetraffe, et in confuetudine cum Perfis horum ftudia et religionem imbibiffe, artemque numerorum, et mufices aliasque difciplinas arripuiffe, multi et antiqui et recentiores crediderunt. Sed de hac captiuitate et itinere cum nonnullis dubitat cl. Schierius, arbitratus, eum ex Aegypto Samum rediiffe, et ex Samo in Italiam effe delatum. In patriam primum redux propter obfcuram docendi et translatam dicendi rationem, cui in Aegypto adfueuerat, parum adeptus eft plaufus. Quare iter in Graecas infulas eaque loca fufcepit, in quibus oracula erant. Tum eruditione maiore fibi parta, maiore auctoritate et fapientiae fama munitus ad fuos rediit, et in ipfa vrbe fcholam conftituit, Pythagorae *Hemicyclium* poftea dictum. Haud multo poft in Italiam venit et Crotone, vrbe in inferiore parte Italiae, aperuit fcholam, frequenti hominum omnis generis ordinisque concurfu valde celebrem, et multos nactus eft adfeclas, qui vel in verba fui praeceptoris iurarunt; vnde illud ortum eft, *αὐτὸς ἔφα*. Hinc vero eius philofophia dicta eft *Italica*, de qua Schefferus aliique docte fcripferunt. Peculiarem habuit docendi methodum. Efchenbach tamen in: Epigines de poefi Orphica (Noribergae 1702. in 4.) pag. 138. et 152. et pluribus locis oftendit, Pythagoram fuiffe Orphei imitatorem. Difcipulos vera ante imbuebat virtute, quam eos ad doctrinam admitteret fecretiorem. Dein explorare cuiusque ingenium et naturam folebat, priusquam fuae difciplinae faceret alumnum. Vt in vita, ita et in doctrina fuit myfticus, nam quibusdam quinquennale impofuit filentium, variaque habuit genera exercitationum, et a cibis quibusdam abftinere iuffit: Quamquam, quum Pythagoras ipfe nihil fcripfiffet, dicta, quae nunc fub eius nomine

χρυσᾶ **) ἔπη ***).

1 Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκεινται,

Τίμα·

circumferuntur, ex Pythagorae quidem ore hausta, at ab alio eius adsecla versibus expressa videntur cordatioribus. Quidquid est, praecepta haec, a quocumque profecta sint, vere aurea sunt, ideoque ea in hoc corpus recipere non dubitaui. Praeter Schierianam vero editionem consului editionem *Aldinam* sine anno; quae eadem esse videtur, quam Hambergerus loco supra laudato p. 121. ex Maittario laudauit, vbi carmina haec cum interpretatione interlineari addita sunt Constantini Lascaris Byzantini de octo partibus orationis libris: porro *Wechelianam* cum Cebetis Thebani tabula, Paris. 1537. tum *Stephani* Poetas Graecos principes etc. 1566. vbi P. II. pag. 466. reperiuntur haec carmina. Wechelius semper expressit lectionem Aldinam: Stephanus paucissimis in locis discedit. — Nec non *Hieroclis* commentar. in aurea haec carmina, ed. Curterii Londini 1654. denique, praeter Wintertonii poetas minores et alias vulgares, *Salmasii* notas in librum: Tabula Cebetis graece arabice, latine, item aurea carmina Pythagorae cum Paraphrasi arabica, auctore I. Elichmanno, cum praef. Salmasii. Lugd. Bat. 1640.

**) χρυσᾶ. *aurea*, h. e. *praeclara, illustria.* Palaephat. fab. 19. Ἐπὶ τούτῳ δὲ ὀνομάζονται χρυσαῖ (oues). Κάλλιστον γὰρ ὁ χρυσός· ἦσαν δὲ ἐκεῖναι κάλλισται. Pari modo *Plin.* II. ep. 20 accipe *auream* fabulam. adde *Hieroclis* comment. pag. 6. et *Bergler* infra ad Aristophanis Plutum 268.

***) ἔπη carmina. Sic apud *Theophrast.* ch. 26. 1. τὰ Ὁμήρου ἔπη.

v. 1. διάκεινται. *constituti sunt, dispositi.* Sic legunt Hierocles et habent editt. Aldina, Wechel. Marcil. Curter. et Steph. qui in margine γρ. διάκεινται; tamen

Τίμα· καὶ σέβε ὅρκον· ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυές.

Τὲς

in textu, vti etiam Salmas. διάκειται *constitutum, praescriptum est*, et haec posterior lectio expressa est a Cicerone, (de leg. libr. II. cap. 16.) *in lege est*, nempe lege ciuitatis, et Arabs interpretatus est, vt illis honorem exhibeas eum, *quem approbat Religio*. Atque Marcilius ex iis, qui Aristoteles, Socrates apud Xenophontem, Cicero, Porphyrius de cultu deorum scripserunt, ad vitam communem et vsum reipublicae conuenientius intelligi posse arbitratur νόμον πόλεως, *legem ciuitatis*. Ad mentem vero Pythagorae magis adcommodata est interpretatio Hieroclis, pag. 18. cui *lex* est *mens opifex*, (ὁ δημιεργικὸς νὖς, mens itaque siue anima mundi Aegyptiorum) ipsa voluntas diuina, quae omnia perpetuo producit semperque conseruat. διάκειται vero Hierocles eo refert, quod alii deorum aliis sunt diuiniores, et ordine collocati atque distincti, in rerum naturam prodierunt. Neque enim fortuito ordinem cuncta sortita sunt, neque electionis mutatione, sed a conditoris lege discrimen eorum prodiit, congruumque naturarum praestantiis ordinem adepta sunt. Quo fit, vt, quod, vti lege dispositi sunt, honorari praecipit, non de diis tantum immortalibus, sed de illustribus Heroibus humanisque animis communiter intelligatur. Deum vero, aiunt Pythagorei, honore adficies quam optime, si eidem fias similis. Quoniam vero legem ordinis vniuersitatis constans tuetur obseruatio, huiusque obseruationis custodem apud veteres mos erat arcano iureiurando nominare, merito deinceps ad ea, quae dicta sunt, veluti consequens dogma, de iure iurando praeceptum adiicit. plura vide apud Hieroclem pag. 18-29.

v. 2. ἥρωας: sunt hi Pythagorae, qui medii generis sunt inter deos immortales atque homines. v. indicem.

Τὺς τε καταχθονίυς σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων.

Τὺς

v. 3. δαίμονας, hi ſunt Pythagorae viri praeſtanti virtute, et ſecundum Etymologiam quaſi δαήμονες ſcientes. Hierocles pag. 40. inter alia de his, eos etiam daemonas probos vocare vſitatum eſſe ſcribit, tamquam diuinarum legum callentes atque peritos, ὡς ὄντας δαίμονας (forte δαήμονας vt expreſſe pag. 45. legitur,) καὶ ἐπιςήμονας τῶν θείων νόμων. v. indicem.

καταχθονίυς. (vide indic.) Arabs exponit de geniis terrae: melius autem Salmaſius de animis defunctorum, et explicat Hieroclis verba, ab aliis male intellecta. v. Irhou. de Palingenes c. XII. Libamina autem et ſacrificia manibus et defunctis fuiſſe oblata, ex antiquitate conſtat. *Hom.* Od. λ. 26. *Euripid.* Iphig. in Taur. 163. et alii aliis locis, quae vel Compendia ſuppeditare poſſunt: niſi hoc ab inſtituto Pythagorae alienum eſt, quod quidem cl. Schier opinatur ad h. l. Defunctis vero apud Athenienſes cognati ſtatis diebus dabant inferias ex lege *Solonis* et oraculo. *Demoſth.* contra Macartatum p. 1038. vbi multus eſt hac de re. Officia autem, quae plura erant et magna cum cura praeſtabantur defunctis, adpellantur δίκαια, ὅσια, νομιζόμενα.

σέβε. verbum in Pythagorae ſchola vſitatiſſimum. Hinc diſcipulorum Pythagorae vnum genus σεβαςικοὶ dicti, quod in rebus veneratione dignis ſiue diuinis verſarentur: quibus oppoſiti fuerunt πολιτικοὶ, occupati in adminiſtratione reipublicae: et μαθηματικοὶ, profitentes ſcientiam menſurarum et ſiderum; vel μαθηματικοὶ, vt verbis *Eſchenbachii* in Epigines p. 4. vtar, fuerunt, qui a Pythagora ſecretiore doctrina rationem etiam eorum, quae docebantur, percipiebant; diuerſi ab Ἀκουσματικοῖς, qui, quod didicerant, fide tantum tenebant, et nullas accipiebant rationes. addere non poenitebit longam obſeruationem Scholiaſt. ad Theocr. Idyll. XIIII. 5.

Τὺς τε γονεῖς τίμα, τὺς τ' ἄγχισ' ἐκγεγαῶτας.
Τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιεῦ φίλον, ὅςις ἄριςος.
Πρᾳέσι δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισι τ' ἐπωφελίμοισι.
Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,

Ὄφρα

v. 5. confer *Liuius* XL. c. 46. Cic. de amicit. c. 13. ἀρετῇ. De voc. ἀρετὴ eſt locus claſſicus apud Plutarchum de audiendis poetis cap. V. pag. 42. edit. cl. Krebſii. Plutarchus enim obſeruat, virtutem non ſolum dici de praeſtantiſſimo et maxime omnium noſtrorum diuino habitu, quem rationis rectitudinem et naturae ratione praeditae perfectionem, animique conſentientem ſecum adfectionem intelligimus, ſed virtutis etiam voce pro gloriae, potentiae, ſecundarum rerum aut ſimilis alicuius rei nota poetam vſum fuiſſe. vide ad illum locum Krebſii animaduers. pag. 153. adde indicem.

v. 6. εἶκε. Hierocles p. 61. iam bene interpretatus eſt πρᾳῶς εἴκοντας τοῖς καλῶς ὑφηγουμένοις τῶν φίλων, *cedere leniter bene monentibus amicis.* et cl. *Hindenburg* in Animaduers. ad Xenophontis Memor. Socr. Lipſiae 1769. ad Xenoph. libr. II. c. 3. §. 16. noſtra Pythagorae verba vertit, *lenibus obtemperes verbis*, isque obſeruat λόγων ὑπείκειν, l. e. *priorem aliquem loqui ſinere;* et λόγοις ὑπείκειν d. e. *dictis, monitis obtemperare, cedere*, eſſe diuerſa. Marcilius autem vertendum putat: cede amico, non orationis tantum lenitate, verum etiam obſequiis adhibitis; et ἔργα ἐπωφέλιμα, putat, dixiſſe poetam, intelligentem εὐεργεσίας, i. e. benefacta, ſiue θεραπείαν i. e. cultum et obſeruantiam. Arabs interpretatur: vt praebeas te ei facilem, praeſtando humaniter, quod promoueat eum ad emolumentum.

Ὄφρα δύνῃ· δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι. κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε·
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
Καὶ θυμοῦ. Πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου
Μήτ' ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.

Εἶτα

v. 8. ναίει. Facultas vicina eſt neceſſitati; quoniam, vbi facultatis extremum eſt, ibi neceſſitatis principium: qui enim poſſe definit, non poſſe incipit. — Ignoſcendum amicis, quantum potes. Nam facultas vicina eſt neceſſitati, h. e. neque enim ſemper potes: nam ſaepe facultas impeditur neceſſitate. *Marcilius.* adde Hieroclem.

v. 9. δ' εἰθίζεο, ed. Ald. Wechel. Salmas. et Stephanus in margine; in textu vero hic, vti etiam Marcilius, δὲ ἐθίζεο: prius magis poeticum eſt, et rectius. Librarii autem vel in ſcribenda vel in negligenda Apoſtrophi figura inconſtantes fuerunt, vt vix certi quidquam ea de re conſtitui poſſe videatur, vt cl. Fiſcher ad Aeſchin. pag. 64. ait: inde h. l. duplex illa lectio facile oriri potuit.

v. 10. conf. Xenoph. mem. I. c. 5. et cap. 6. §. 8. et *Kypke* Obſeruatt. ſacras tom. II. pag. 317. ad ep. Paulli ad Philipp. III. 19. — λαγν. v. indicem.

v. 11. θυμοῦ. Hor. I. ep. 2. 62. *animum regere.* v. *Salmaſium,* de vocabulo hoc diſputantem ad Simplicium pag. 124. ſqq. et pag. 115. Proprie et ab origine θυμὸς idem, quod πνεῦμα. vide quoque indic.

v. 12. ἰδίῃ. Stobaeus μητ' αὐτὸς et Steph. in margine γρ. αὐτός. *Suidas* tom. II. p. 95. ἰδίᾳ, χωρὶς, *priuatim.* quare interpretamentum eſſe videtur. Alias ἰδίᾳ opponitur δημοσίᾳ aut τῇ κοινῇ vid. cl. *Ruhnken* ad Timaeum p. 107. *Oudendorp.* ad Thom. Mag. p. 467.

Εἶτα δικαιοσύνην ἀσκεῖν ἔργῳ τε, λόγῳ τε·
Μηδ᾽ ἀλογίςως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε·

et quae ad *Demosthenis* orat. de Corona c. 20. p. 170. scripsi. adde indicem.

σαυτόν. Pari modo Thales Milesius apud *Ausonium* p. 292. ed. Tollii: *Turpe quid ausurus, te sine teste time.*

v. 13. *ἀσκεῖν.* Stobaeus Serm. I. legit *ἄσκει*: atque ita quoque expressum est apud *Winterton.* et in contextu Stephani. hic tamen in marg. *γρ. ἀσκεῖν.* Ego vero malo priorem sequi lectionem propter suauiorem sonum cum sequenti vocabulo *ἔργῳ*, quod a vocali incipit. Atque Attici potissimum infinitiuum pro imperatiuo ponere solent. *Hesiod. ἔ,* 336. vbi est *ἔρδειν ἱερ᾽* et in antecedenti versu *ἔρεγε.* quae varietas modorum nostrae seruit interpretationi: ib. 342. 343. et alii. conf. *Hemsterhus.* ad Aristophan. Plutum p. 196. *Schrader* ad Musaeum p. 305. *Dorville* in vanno crit. p. 341. qui in his ellipsesi neque *θέλω* neque *κελεύω* neque *δεῖ* semper conuenire docet: atque, me quidem indice, recte sentit. Vsus enim infinitiui loco imperatiui reliquiae originis sermonis et primae dicendi infantiae esse videntur. Infantes enim etiamnum, dum loqui incipiunt, ope infinitiui potius quam imperatiui voluntatem ac desiderium rei declarare solent. Sic e. g. *geben* dicere solent, pro *gieb mir*, quia simplicia verba, et simplices ideas prius formare atque enuntiare possunt, quam compositas et relatiuas.

v. 14. *ἀλογίςως σαυτὸν ἔχειν* pro *ἀλόγιςον εἶναι*, *imprudentem esse.* Huic ῥήσει haud dissimilis est illa *Aesopi* fab. 84. *λέγων δυσαποσπάςως ἔχειν τῆς τῆ τόπε συνηθείας*, *dicens, se difficulter auelli posse a loco consueto.* adde fab. 93. 1. *Herodian.* IIII. c. 7. n. 1.

Ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι·
Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.
Ὅσσα τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
Ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πρᾴως φέρε μηδ' ἀγανάκτει.

Ἰᾶσθαι

Aeſchin. dial. III. §. 2. ὁ πατὴρ ἀδυνάτως ἔχει. *pater defectus eſt viribus.* ſic infra v. 24. Verbum ἔχειν apud Graecos varios et elegantes admittere ſignificatus, vel ex *Vigerio* de idiotiſm. Graec. diction. cap. 5. pag. 252. notum eſt; vid. etiam indicem *Fiſcheri* ad Aeſchin. ſub H. v. et indic. noſtrum.

v. 16. φιλεῖ. Sic quoque Stephan. et Curter. et tunc ſenſus. *Pecunia interdum acquiri ſolet, interdum amitti.* φιλεῖν, *amare,* apud Atticos frequenter, denotat *ſolere:* quod etiam Latini, praecipue poetae imitantur. vide Vechner. Hellenol. II. 2. pag. 402. ſqq. et Schier V. Cl. ad h. l. at aliae editt. n. Aldina, Wechel. Salm. Marcil. melius habent φίλει, tunc κτᾶσθαι in ſignificatione media, *tibi acquirere, comparare,* vno verbo *poſſidere* (v. Kuſter de verbis mediis pag. 48. ibique Wolle) et ſenſus erit. *ama,* h. e. ſolitus ſis, *quaerere,* ſiue *libenter quaeras.* Arabs vertit: *Quoad opes autem, ex aequo modum iis adhibeto, colligendo eas ſuo tempore, et abſumendo eas ſuo tempore.*

v. 18. ὧν MS. regis Galliarum ὡς. pro ἔχεις, apud *Stobaeum* legitur ἕλῃς, quod non plane ſperno, ſic infra Pind. Olymp. v. 89. ἕλεν *accepit*; quamquam ἔχω etiam proprie notat *teneo.* Atque λ et χ in εἷλον et εἶχον aliisque vocabulis facile inter ſe permutari, oſtendit *Dorville* ad Chariton. pag. 214. 551. et Valken. ad Theocrit. pag. 290. *Plutarchus* in Conſ. ad Apollon. habet ἔχοις, et frequens eſt modorum indicatiui et optatiui in libris antiquis confuſio. v. cl. *Fiſcher* ad Aeſch. p. 77. pag. 94. et ſaepius, ac Valkenar. ad Theocriti Adoniaz. pag 290.

Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει, καθόσον δύνῃ· ὧδε δὲ φράζευ·
Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.
Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
Προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
Εἴργεσθαι σαυτόν· ψεῦδος δ' ἥν πέρ τι λέγηται,
Πρᾴως εἶχ'. Ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παντὶ τελείσθω·

v. 18. *Seneca* ep. 74. *placeat homini, quicquid deo placuit.* Iamblich. V. Pythag. 28. confer *Wettstein* ad Matth. VI. 10. vbi plura similia loca collegit.

v. 21. δειλοὶ vid. indicem.

v. 22. ὧν. Theodor Marcilius legit ὧν Ionice pro ὧν. Sed Salmasius in praefatione hanc lectionem ineptam esse dicit, et ita pergit: nisi ὡς legamus contra libros omnes, qui ὧν retinent, ipsa constructio sic procedit, vt istud ὧν referendum sit ad sequens membrum, quasi hoc ordine scripsisset auctor, ὧν μήτε ἐάσῃς εἴργεσθαι σαυτὸν, μήτε ἐκπλήσσεο, a quibus neque te sinas abstineri; neque rursus eos cum admiratione recipias. Huiusmodi transpositiones saepius in pedestri oratione obseruauimus. adde *Xenoph.* mem. I. 4. §. 14. ibique Ernesti notam.

v. 23. πέρ. indicem vide.

v. 24. εἶχ'. Sic quoque Curter. at Ald. Wechel. Salmas. Marcil. Steph. in textu (qui vero in margine γρ. εἶχ') et *Winterton* legunt ἴσχ' in vtraque lectione sanus idemque est sensus, praeter quod *Thom. Magister* pag. 477. ἴσχειν, inquit κάλλιον, ἢ ἔχειν. — πρᾴως εἶχ', *sis lenis, perfer leniter.* vide ad v. 24. denique vis particulae τοι notanda est, h. l. *hac re.* Originem enim ducit ab antiquo ablatiuo, qui olim terminabatur in οι, postea in ῳ. Ita dixerunt vetu.

Μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ μήτε τι ἔργῳ,
Πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἐςι.
Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται·
(Δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός.)
Ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσῃ.
Πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ 'πίςασαι, ἀλλὰ διδάσκευ
Ὅσσα χρεών· καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.
Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή·

Ἀλλὰ

ſtiſſimi τοὶ λόγοι, pro quo nunc ſcribimus τῷ λόγῳ: cuius flexionis nonnulla reſidua ſunt veſtigia in datiuis et ablatiuis, μοὶ, σοὶ etc. τοι igitur pro τῷ poſitum idem ferme notabit, quod (ἐν) τούτῳ vel τῷ ὄντι, *hoc, hac re, re ipſa, ob hanc rem, ideo, quare.* Cum δὲ coniunctum, τοι ſaepe interpretari poſſumus, *omnino, ſane.* conf. Hoogeu. de particul. tom. II. p. 1152. tom. I. pag. 275.

v. 25. παρείπῃ *fallaciter, et captioſe perſuadeat*, refertur et ad τὸ ἔργου et ad τὸ λόγου, quamuis poſteriori proprie conueniat: de qua forma Graecis non minus quam Latinis vſitata, valde copioſus eſt *Dorville* ad Chariton. pag. 394. adde infra Pindar. Olymp. I. 142.

v. 27. confer *Salluſt.* B. Cat. cap. I. ibique Cort.

v. 28. Verſus forte ſpurius eſt? δοῦλει τι Wechel. et Marcil. τοι, *re ipſa, omnino.* vide ad v. 24. πρὸς, vide indicem.

v. 30. cl. *Schier* laudat ad hunc locum Pindar. Olymp. 8. pag. 53. ἄγνωμον μὴ τὸ προμαθεῖν, *ſtultum eſt, non praedidiciſſe. Plin.* I. ep. 18. Aut ſi tutius putas illud. - - quod dubitas, ne feceris, id ipſum reſcribe.

v. 32. περὶ σῶμα] *Stobaeus* legit κατὰ σῶμα.

Ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον, καὶ σίτου γυμνασίων τε
Ποιεῖσθαι. μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μή σ' ἀνιήσει.
Εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον.
Καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
Μὴ δαπανᾷν παρὰ καιρὸν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων.
Μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι· μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
Πρῆσσε δὲ ταῦθ', ἅ σε μὴ βλάψῃ· λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου

v. 34. μέτρον modum: *Schier* collegit quasdam sententiolas huc pertinentes.

v. 36. ταῦτα. quidem codd. MSti habent τοιαῦτα, quae quidem pronomina facile inter se permutantur. Mihi vero placet ταῦτα, quoniam γε, quod tunc excideret, miram adfert suauitatem. Inculcatur praeceptum, quod homines quam frequentissime migrant: hinc καὶ-γε, *immo, immo vero* dicit. v. *Viger.* de idiotism. p. 356. 8. adde cl. *Heusinger.* ad Plutarch. Paedag. p. 74. — φθόν. vid. indicem.

v. 37. *Salmas.* secundum versionem Arabis: *Ne sis prodigus instar eius, qui non cognoscit res, quae in manu eius sunt*, et secundum Hieroclis vestigia mauult legere, vti apud Stobaeum reperitur scriptum: μὴ δαπανᾷν παρὰ καιρὸν ἀπειροκάλως ἔνι ἡμῖν. quae quidem lectio mihi duriuscula videtur. — καλῶν, h. e. *honesti, decori.* v. quae scripsi ad Cornel. Nepot. Praefat. §. 4. et *Cicer.* de officiis I. 4.

v. 39. Inter 39. et 40. in MS. codice Augustano leguntur hi duo versus, qui etiam apud *Porphyrium* de vita Pythagorae p. 27. edit. Roman. extant.

πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπαναστὰς
Εὖ μάλα ποιπνύειν ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσσεις.

Mihi vero verius hi esse videntur παρεμβεβλημένοι ac Porphyrius e codice forsan descripsit male adfecto.

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων λογίσασθαι ἕκαστον·
Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον ὐκ ἐτελέσθη;
᾽Αρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτυ ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα
Δεινὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο. χρηστὰ δὲ, τέρπευ

Ταῦ-

De cuius generis verſibus breuiter, at pulcre egit cl. *Ruhnken.* in epiſt. critica I. (Lugd. B. 1749.) p. 7.

v. 41. Ita hunc verſum legunt *Needham* et *Schier,* quem vide, pro vulgata lectione: πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν.

v. 42. *qua via,* ſiue *ratione* πῆ. al. ποῖ *vbi, quo. Salmaſius,* malim, ait, πῆ pro πῶς accipere, quam, quomodo facit Arabs pro πῦ, qui vertit: *Expende loca, in quibus aliquid praetergreſſus es.* v. etiam *Thom. Magiſtr.* p. 652. *Hoogeu.* de Particul. II. pag. 1054. et indicem noſtrum. Ceterum vide longam Marcilii et cl. Schierii notam, qui de hac Pythagoraeorum conſuetudine multum diſputant, praeter ea *Cic.* de Senect. II. et *Senec.* de ira III. c. 36. teſtes excitant.

v. 43. Hierocles ἐπέξιθι (v. indic.) ita interpretatur: Hortatur, vt operum noſtrorum examen a principio, nullis eorum, quae media ſunt, praetermiſſis, ordine faciamus, quod *percurrendi* verbo ſignificauit. In editt. Ald. et Wechel. alia eſt interpunctio.

v. 44. δεινὰ ed. Wechel. Curter. Marcil. al. δειλά. Δεινὸς primitus notat *terribilem,* vt Tyrt. II. 26. deinde, quidquid in ſuo genere modum quaſi excedit. Hinc *grauis, malus.* vide *Perizon.* ad Ael. H. V. I. cap. 1. n. 2. Δεινὰ habet quoque Hierocles, et equidem praeferrem. De voc. δειλὸς v. indicem, atque Λ et N facile permutantur. confer *Dorville* ad Charit. p. 235.

Ταῦτα πόνει· ταῦτ' ἐκμελέτα· τύτων χρὴ ἐρᾷν σε·
Ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.
Ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν,

Τέρπευ, *laetare*, praefero lectioni minus poeticae, quae etiam est in textu Hieroclis, τέρπυ. Inter hunc et sequentem vers. occurrit medius in cod. Oxon. Ταῖς αὐταῖς ἀρεταῖς ποιεῦ φίλον, ὄν κ' ἐθέλησθαι. qui vero ex versu quinto ortus glossema esse videtur, vid. ad vers. 39. et 47.

v. 45. πόνει refert ad memoriam, quae laborat in praeceptis retinendis: ἐκμελέτα vero ad acumen siue docilitatem, qua percipimus et meditamur: ἐρᾷν vero ad cupiditatem discendi. Legendus Hierocles. *Marcilius.*

46. θείης ἀρετῆς *diuinae virtutis;* diuina seu heroica virtus opponitur humanae. Aristot. ad Nicomach. VII. c. 1.

θήσει] τίθεσθαι εἰς ἴχνια θείας ἀρετῆς *in virtutis diuinae vestigiis collocare* nihil aliud est, quam *deo similem efficere.* Simillimus autem deo sapiens, siue virtute praeditus. *Marcil.*

v. 47. Ναὶ μὰ al. ὐ μὰ, vide *Berglerum* ad Alciphron. libr. II. ep. 4. pag. 242. et Marcil. Pro ψυχᾷ Iamblich. de vita Pythag. pag. 164. γενεᾷ: Sextus Empiricus adu. Mathem. pag. 154. κεφαλᾷ, et sequentem versum ita legit. πηγὴν ἀενάυ φύσεως ῥίζωμα τ' ἔχυσαν. v. autem Marcil. et adnotat. ad vers. 39. et cl. *Ruhnken* libr. mem. obseruat (pag. 27.) saepenumero adcidisse, vt ex alterius versus Glossis variisque lectionibus nouus fit versus conflatus. De hoc versu, quem laudat, et explicare sustinet *Macrob.* I. in Somn. Scip. VI. pag. 37. ed. Zeune, alii aliam habuerunt sententiam. v. Marcil. et cl. *Schier* ad h. l. adde *Eschen-*

Παγὰν ἀεννάȣ φύσεως. Ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον
Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. Τȣ́των δὲ κρατήσας
Γνώσεαι ἀθανάτων τε Θεῶν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων
Σύςασιν, ᾗτε ἕκαςα διέρχεται, ᾗτε κρατεῖται.

Γνώσῃ

bach in Epigin. pag. 195, et Io. Georg Michaelis exercitation. de Τετρακτὺ Pythagorica (in obss. sacris, Arnhem. 1724.) qui Tetractys, ait, est ipse ille deus, quem per vniuersum mundum ita sparsum ac diffusum esse arbitrantur, adeo, vt per ipsum omnia subsistant: cum natura vero confusus et permixtus, non tam πολύθεος, quam πάνθεος. conf. longam *Iablonsky* disput. in Prolegom. ad Pantheon Aegyptiorum pag. 119. sqq. Qui *animae nostrae*, h. l. nobis, *tradidit*, h. e. docuit, nempe Pythagoras, per quem iurarunt eius discipuli, *quaternarium*, h. e. deum. Alii aliter. vide *Moshem.* ad Cudworthi Systema intellectuale IIII. pag. 451. Quaternarium quidam putant, esse ignem, terram, aërem, aquam, prima elementa, e quibus omnia profluunt: denarium esse naturae totius Vniuersitatem etc.

v. 49. τελέσαι. *deos precatus, vt perficiant:* nota graecismum: infinitiuus loco coniunctiui cum coniunctione. v. Viger. pag. 206. seq. et *Homer.* Il. XVIIII. 90.

v. 50. γνώσεαι al. γνώσῃ.

v. 51. Arabs interpres, et Salmasius in praefatione adcuratius, explicat de rebus, quae partim transeunt et fluidae sunt, partim permanent, vt illae, quae sunt aeternae. Natura enim deorum stabilis est, fixa et aeterna; hominum vero instabilis et fluxa; et ex sententia Pythagoraeorum animi hominum de aliis corporibus in alia; de humanis in belluina, de belluinis etc. transire fingebantur. Marcilius interpretatur:

Γνώσῃ δ', ᾗ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην.
Ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.
Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας
Τλήμονας, οἵ τ' ἀγαθῶν, πέλας ὄντων, οὔτ' ἐσορῶσιν,
Οὔτε κλύουσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.

Τοίη

quatenus quicque progreditur ab imperfectis naturis ad stirpes: a stirpibus ad pecudes et deinceps ad homines heroes et superos: *quatenus quicque coërcetur*, h. e. retro contraque superatur a coelestibus heroum genus et sic deorsum vsque ad stirpes imperfectaque delabuntur. conf. *Ouid.* Metamorph. libr. XV. fab. 3.

v. 52. ᾗ θέμις ἐστὶ, *quatenus fas est.*

v. 53. Ὥς τέ — μή τέ Ald. Steph. Salmas. — λήθειν, neque te aliquid lateat, fugiat, h. e. neque inscientia et ignoratione obcoecatus falsa pro veris, vitia pro virtutibus amplectaris.

v. 54. Quaedam Gellii exemplaria, in cuius N. A. libr. VI. c. 2. p. 246. a Chrysippo hic versus profertur, habent ἐλόντας, quam quidem lectionem *Theodorus Marcilius* ineptam dicit. χ et λ autem facile confundi poterant. v. supra ad vers. 16. Imitatur Homerum Odyss. XVIII. 72. ἔχοντας. τλήμονες habent Aldin. Wechel. Salmas.

v. 55. πέλας ὄντων *bona quum in propinquo sint.* v. Marcil. idemque monet, ἐσορᾶν h. e. *videre* ad inuentionem referri: κλύειν vero, siue *audire* ad perceptionem rerum earum, quas dixerint alii.

v. 56. λύσιν Intelligit commentationem mortis siue mortem philosophicam, quam philosophi tantum siue sapientes norunt. Imperiti vero mortem vocant eam, qua corpus interit, quam philosophi contra vocarunt viam ad vitam. v. *Marcil.*

Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· ὡς δὲ κύλινδροι
Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
Λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς, ἔρις, βλάπτουσα λέληθε
Σύμφυτος· ἣν οὐ δεῖ προσάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.
Ζεῦ πάτερ, ἦ πολλῶν γε κακῶν λύσειας ἅπαντας,

Εἰ

v. 57. τοίη μοῖρα, *tale, fatum*, nempe vltro arcessitum. v. 54. — ὡς δὲ κύλινδροι. *instar cylindrorum in aliud atque aliud corpus feruntur.* Sic restituit Needham ex codd. olim legebatur, οἱ δὲ κυλίνδροις, quod frigidum esse videtur. vid. indic. De hac animorum migratione multi multa scripserunt: at ablegamus ad cl. Schier. obs. ad h. l. qui ex Herodoto II. 23. sententiae huius originem ab Aegyptiis repetendam ostendit; ad Irhouium libr. III. c. I. p. 414. sq. qui Palingenesiam, Metempsychosin, et Metensomatosin vere Pythagoricam ad animam rationalem pertinere autumat, eamque ad praesentem et futuram vitam refert, huncque mentis statum ita respicere opinatur, vt continuam ad praeteritum quempiam, in quo fuerit, antequam in corpus humanum deuenerit, relationem inuoluat. Plura apud eumdem legi possunt, et reliquos historiae philosophicae scriptores.

v. 59. λέληθε *clam, latenter nocet*: Graecismus: verbum. λανθάνω sequente participio pro aduerbio. v. *Vigerium* pag. 262. de idiotismis, ibique Hogeu. Sermo est de contentione rationis et adpetitus.

v. 61. γε. Ald. Wechel. Curt. alii τε. atque Τ et Γ propter similitudinem librarios frequentissime deceperunt: v. *Pierson* ad Moer. Attic. pag. 343. et pag. 376. *Dorville* ad Charit. pag. 167. mihi vero hoc loco placet γε, nec tamen abundat, sed verti debet: *omnino, adeo.* v. *Ernesti* ad Xenoph. mem. Socr. I. 2. pag. 8. Ἡ ex ionico ἔα (ab obsoleto ἔω *sum*, quod veritatem

Εἰ πᾶσιν δείξαις, οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
Ἀλλὰ σὺ θάρσει· ἐπεὶ θεῖον γένος ἐςὶ βροτοῖσιν,
Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαςα.
Ὧν εἴ σοί τι μέτεςι, κρατήσεις, ὧν σε κελεύω,

Ἐξα-

quoque inuoluit) proprie *vere*, *certe*. vide *Hoogeu.* de Particul. tom. I. pag. 482. 483. ἦ - γε rem et sententiam amplius firmat et adseuerat, *certe omnino*. ἢ Ald. Curter. Marcil. male. De Ζεῦ vide Hierocl. pag. 273. sqq.

λύσειας: in codicibus Oxoniensibus, vti in edd. Ald. Wechel. Salmas. legitur πάνσειας, at iam diu *Salmasius* cum Arabe interprete hanc adoptauit lectionem, et *Salm.* ita exponit: O Iupiter pater! reuera multis malis hominum mentes liberares, si omnibus monstrares, quali quisque genio, i. e. animo vtitur.

v. 62. Ἠ Marcil. — οἵῳ τῷ δαίμονι, *quali fortuna*, vel potius, vti Hierocles recte interpretatur, *quali mente siue animo*, ψυχῇ. Omnes fore beatos, si mentem suam, siue animum, h. e. se ipsos nouerint. Mentem vero daemona siue genium a philosophis veteribus adpellari, docet Marcilius auctoritate Aristotelis II. Topic. c. 3. aliorumque.

v. 63. θεῖον γένος. *Horat.* Serm. II. 2. 29. *diuinae particulam aurae.* confer Hierocl. pag. 282. sq.

v. 64. ἱερὰ φύσις h. e. τὸ θεῖον siue deus, ἕκαςα, h. e. τὰ δέοντα, omnia, quae necessaria sunt ad animi sui notitiam.

v. 65. ὧν - μέτεςι quorum, h. e. rerum earum, quas deus mentibus humanis inserit, si vllo modo particeps fueris, h. e. si bona ante pedes posita, cernere atque audire velis, compos fies voti, contagiis animi, vt impero, sanatis. — κρατέσεις, Salmas.

Ἐξακέσας ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.
Ἀλλ' εἴργευ βρωτῶν, ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,
Ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων· καὶ φράζευ ἕκαστα,
Ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην,
Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

EX

v. 66. πόνων. vid. indicem.

v. 67. βρωτῶν. de hac abſtinentia Pythagoraeorum v. Marcil. ad h. l. et *Irhouium* libr. mem. pag. 121. et 125. 126. adde etiam luſum in *Luciani* Gallo pag. 730. tom. II. ed. Reitzii. εἴπωμεν, n. in Apophtegmat. ſacris.

καθαρμοῖς *purgationibus*. v. *Diogen. Laertium* in Pythagora; *A. Gellium* IIII. c. 11. et Marcil. qui mortis intelligit commentationem: nec non *Salmas.* in praefat. memor. cui λύσις ψυχῆς eſt abſtinentia quorumdam ciborum.

v. 68. κρῖνον Ald. Salmas.

v. 70. *Plutarch.* libr. IIII. c. 7. de philoſ. decretis commemorat Pythagoraeum: animum, poſtquam e domicilio corporis migrauit, in naturae vniuerſitatis animam remeare, in aerem ſibi cognatum et affinem. ἐλεύθερος igitur h. l. eſt *purus*, et opponitur aëri, terrae proximo et ob nubes, imbres, ventosque craſſo atque impuro. Compoſuiſſe haud poenitebit *Ciceron.* de Seneƈt. c. 21. et 22. et *Xenoph.* Cyropaed. libr. VIII. c. 7. pag. 548. ed. Wells.

v. 71. v. *Diog. Laert.* in Empedocle ſiue libr. VIII. Deorum vitam deges in aethere ſiue Elyſio. Tres vero propoſitiunculae idem denotant. Ad vim igitur augendam et ſententiam firmius declarandam, exaggerauit poeta, quisquis fuerit. — οὐκέτι Wechel. et Ald.

****

EX THEOCRITO *)

THEOCRITI **) IDYLL. XI. ***)

*) *Theocritus*, princeps poetarum bucolicorum; quem ſimplicitate et naturali pulcritudine multi tam veterum Graecorum et Romanorum, quam recentiorum imitati ſunt, nemo vero ſuperauit, natus erat Syracuſis, primaria Siciliae vrbe: filius Praxagorae et Philinnae; ſub exitu Alexandri M. qui mortuus eſt anno primo Olympiadis CXIIII. teſte Flauio Ioſepho contra Apionem. Floruit vero temporibus Ptolemaeorum Lagidae, et eiusdem filii Philadelphi, quorum ille quadraginta, hic triginta annos regnabat: fuitque σύγχρονος Callimacho Cyrenaeo, Lycophroni Chalcidenſi, Arato Solenſi, Nicandro Colophonio, Apollonio Rhodio, Philico, Homeroque iuniore, Myrus Byzantinae filio: qui ſeptem dicti ſunt πλειας, quod iisdem fere temporibus ita in poeſi reluxerint, vt ſtellae ſeptem in πλειάδος ſidere. Hanc Theocriti aetatem firmat *Barneſius* (in vitae Theocriti tom. I. ed. Wartonii pag. XIIII.) auctoritate MS. Toletani ab Andrea Schotto Obss. poet. II, c. 50. pag. 99. laudati, quod fragmentum vero, indice Wartono in nota ad vitam illam, typis iam expreſſum eſt in Aldina editione Theocriti. Praeceptores habuit Philetam, elegorum, et Aſclepiaden, epigrammatum poetas. Iucundus fuit tum doctiſſimis ſui temporis hominibus, tum in primis Ptolemaeo Philadelpho, regi Aegypti, et Hieroni iuniori, regi Syracuſarum, quem vtrumque celebrat, vti haec omnia fuſius probat Barneſius, cuius verba fere retinuimus, in vita Theocriti. Hic vero ingenii ſui ſuauiſſimi monimenta reliquit Idyllia atque Epigrammata. De poeta noſtro vide plura in Biographia claſſica a

Murſinna in Germanicum conuerſa, Halae 1767. 8. tom. I. pag. 153. et de editt. *Fabricii* bibliothecam Graecam vol. II. p. 429. ſqq. et *Hambergeri* Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern etc. tom. I. pag. 337. ſq. Nos eas adhuc commemorabimus, quas in deſcribendis atque illuſtrandis hisce particulis conſuluimus. In primis ſequuti ſumus exemplar *Io. Iac. Reiske*, Viennae et Lipſiae a. 1766. in 4. Contulimus, vnde ea quoque, quae ex virorum doctiſſimorum interpretationibus iuuenibus ſcitu neceſſaria noſtroque inſtituto apta viderentur, noſtris inſertis obſeruatiunculis, excerpſimus, *Stephani* poetas Graecos principes carm. heroici fol. 1566. pag. 183. ſqq. (de quo opere *Reiske* in praefatione ſua ad Theocritum pag. 21. diſſerit:) eiusdem editionem minorem, cuius haec inſcriptio eſt: *Theocriti aliorumque poetarum Idyllia — omnia cum interpretatione latina. In Virgilianas et Naſon. imitationes Theocriti obſeruatt. Henr. Stephan.* a. MDLXXIX. in 12: quod exemplar *Auligius* meus, Principi Saxo-Coburgenſi a conſiliis aulicis, homo infinitae eruditionis mentisque integrae, ex Principis bibliotheca, cui praeeſt, olim mecum communicauerat. Stephanus in obſeruationibus ſuis in Virgilianas et Naſonianas Theocriti imitationes multa horum poetarum loca diligenter componit atque examinat. In primis carpit interpretationem *Eobani Heſſi* Theocriteam metricam. Quae ab initio poſt praefationem pag. 19. de imitatione Theocriti Virgiliana pulcre docuit; pauca ex his excerpemus. „De Virgiliana Theocriti imitatione, ſeu de Virgilianis Theocriti imitationibus, duo praefabor: vnum, Virgilium ita Theocritum imitari, vt quosdam eius locos plane effingat ſeu exprimat, et quidem verbum verbo alicubi reddentem; quosdam autem tantummodo adumbret. Alterum eſt, Virgilium in vno interdum eodemque loco

diuer-

diuerſos Theocriti imitari; interdum etiam, quae Theocritus in vno Idyllio ſimul dixerit, ea Virgilium per duas tresue eclogas, nonnumquam et per diuerſos earum locos diſperſiſſe. Exempli gratia pleraque Cyclopis Theocritei partim in Alexide Virgilii, partim in Pharmaceutria eius extant. „Porro contulimus, idque cum magno fructu, ſplendidam, quamquam confuſe nec ſatis apte inſtructam, editionem Oxonienſem MDCCLXX. in 4. II. voll. conſtantem et inſcriptam: *Theocriti Syracuſii, quae ſuperſunt.* cum ſcholiis graecis auctioribus, emendationibus et animaduerſionibus in ſcholia *editoris et Joannis Toupii*, gloſſis ſelectis ineditis, indicibus ampliſſimis, praemittuntur editoris diſſertatio de Bucolicis Graecorum, vita Theocriti a *Joſua Barneſio* ſcripta, cum nonnullis aliis auctariis. Accedunt editoris et variorum notae perpetuae, epiſtola *Ioannis Toupii* de Syracuſiis, eiusdem addenda in Theocritum nec non collationem quindecim codicum, edidit *Thomas Warton* S. T. B. Coll. SS. Trin. Socius. Denique multum nobis adtulit commodi nouiſſima editio, *Theocriti decem Eidyllia — cum notis edidit*, *eiusdemque Adoniazuſas vberioribus adnotationibus inſtruxit L. C. Valckenaer. Lugduni Batau.* CIↃIↃCCLXXIII. in 8. Selecta tantum dedit atque doctiſſime illuſtrauit Idyllia.

**) Hoc XI. Idyllion, ſiue Polyphemi amorem *Ouidius* (Metamorph. XIII. fab. 8.) *Metaſtaſius* et *Gesner* ita imitati ſunt, vt ſuos quisque lepores haberet, ſuas veneres, quas eleganter et erudite inter ſe comparauit, cl. *Io. Ge. Henr. Feder*, Profeſſor philoſophiae in academia Gottingenſi, familiaritatis amicitiaeque vinculo mecum iam a multis annis coniunctiſſimus, in commentatione, *Amor Polyphemi*

1 Ὀυδὲν ποττὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο,
Νικία, ὔτ' ἐγχριστον (ἐμὶ δοκεῖ) ὔτ' ἐπίπαστοι.
Η ταὶ Πιερίδες· κῦφον δέ τι τῦτο καὶ ἁδὺ
Γίνετ'. ἐπ' ἀνθρώποις εὑρῆν δ' ὐ ῥάδιόν ἐςι.

Γινώσ-

ex Theocrito, Ouidio et Metastasio - - inscripta, Erlangae 1765. quam bis terue legisse neminem, credo, praesertim hoc idyllion interpretaturum, poenitebit. Hoc quoque Idyllion cl. *Ramler* in Einleitung in die schönen Wissenschaften &c. Part. I. pag. 331. laudat pulcreque illustrat. *Vauasſor* de ludicra dictione pag. 110. ed. *Kappii* hoc nostrum et sextum Idyllion pro vno habuit, repugnante vero *Dan. Heinsio* in lectt. Theocriteis pag. 293. Idem tamen *Vauasſor* nostri idyllii particulas quasdam loc. mem. p. 125. eleganter exponit. Quae (*Herder*) Veber die neuere deutsche Littaratur, 2te Sammlung, de idylliis Theocriti aliorumque obseruauit, vt ea doctores adolescentulorum legant et sub examen vocent, valde opto. adde *Scaligeri* Poetic. libr. V. pag. 632. sq. et *Tollii* comparationem Theocriti et Virgilii, in *Berkelii* diss. critic. Lugd. B. 1707. in 8.

*** In cod. Vatic. 3. haec est inscriptio Κυκλωψ Και Γαλατεια. Προς Νικιαν ιατρον ο Θεοκριτος διαλεγεται. Deest titulus Vatic. 4. 5. 6. 9. *Warton.*

v. 2. ἐπιπαςον. Schol. ad h. l. commemorat haec: ἰςέον, ὅτι τῶν φαρμάκων τὰ μέν ἐισι χριςὰ, ἤγυν, ἅπερ χριόμεθα εἰς θεραπείαν· τὰ δὲ πιςὰ, ἤγυν, ἅπερ πίνομεν· τὰ δὲ ἐπίπαςα, ἤγυν, ἅπερ ἐπιπάττομεν. Theocritum videtur imitatus Bion in fragment. III. (vbi conf. cl. Schier) *Longus* II. past. p. 37. et Horat. IV, 11. *minuuntur atrae* carmine curae.

v. 4. ἀνθρωπυς legunt duo Medicei. εὑρεῖν Schol. ἐντι secundus et tertius mediceus, cum Vatic. et

Γινώσκειν δ' οἶμαι τὺ καλῶς, ἰατρὸν ἐόντα,
Καὶ ταῖς ἐννέα δὴ πεφιλαμένον ἔξοχα μοίσαις.
Οὕτω γοῦν ῥάϊστα διᾶγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν,
Ὡρχαῖος Πολύφαμος, ὄκ' ἤρατο τᾶς Γαλατείας
Ἄρτι γενειάσδων περὶ τὸ στόμα τὼς κροτάφως τε.
Ἤρατο δ' ὔτι ῥόδοις, ὐ μάλοις, ὐδὲ κικίνοις.

F 2 Ἀλλ'

ἐντι, quod magis doricum eſt, dedit Valken. Poſt γινετ' mauult *Reiskius* punctum poni, neque inſolitum eſſe ait, particulam δὲ paullo longius remoueri. verte *ſed.* v. *Budaei* comment. ling. Gr. p. 924.

v. 7. ἡμῖν, rectius ἁμῖν Valcken.

v. 8. ὄκ' alii ὄτ' ſed prior lectio, quoniam Dorica eſt, mihi magis placet.

v. 10. Ἤρατο Schol. εἰς ἔρωτα ἐκινήθη· ἠράσθη ὐκ ἐλαφρῶς, ὥστε μῆλα διδόναι, ἢ ῥόδα, ἢ ἕτερόν τι εἰς τὸ καλλωπίζειν. *Reiskius* τοις ῥοδοις et rel. explicat, vsque ad roſas, ad mala, ad cincinnos, ad furores; et κικίνοι, quod vocabulum alio duplici ν ſcriptum legunt, ſi hic loci ſunt, ait, non genus aliquod florum, ſed id, quod vulgo ſignificatur hoc vocabulo, *cincinni,* videtur poeta docere, iam dudum moris fuiſſe, vt amatores faſciculos comae ſuae detonſos amatis mitterent: id quod etiam ex Idyll. 23, 7. adparet. De multiplici vſu comarum in faſciculos confectarum, quae mitterentur alio, egit idem ille in disputatiuncula germanica, quae inſerta eſt Hamburgiſchen Magazine vol. XVII. pag. 592. ſq. conf. etiam *Polluc.* IX. ſect. 81. ibique Hemſterh. qui, poſtquam fuſe egit de hoc vocabulo, tandem, fuere, inquit, cincinni tortuoſis turbinatisque flexibus dependuli in humeros capilli. Senſus Theocriti eſt: Polyphemus tanto exardeſcebat amore Galateae, vt, non more

'Αλλ' ὀλοαῖς μανίαις. ἁγεῖτο δὲ πάντα πάρεργα.
Πολλάκις ταὶ ὄϊες ποτὶ τ' ὤυλιον αὐταὶ ἀπῆνθον
Χλωρᾶς ἐκ βοτάνας· ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων,
Αὐτῶ ἐπ' αἴονος κατετάκετο φυκιοέσσας
Ἐξ ἀῦς, ἔχθισον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος,

'Αλλὰ

matorum ei rosas, aut poma, aut fasciculos comae suae mitteret, sed vt etiam fureret. Depingere se hic profitetur Theocritus, nouum quoddam genus amoris, ferini scil. et horridi. Warton in notis tom. II. e codd. suis hanc eruit lectionem: 'Ηρατο δ' ϗ μάλοις, ουδ' αν ῥόδοις, ϗδε κικιννοις, vel vti quidam habent; ϗδ' αν ῥόδῳ: sed a vulgato verborum ordine non recedendum putat Valcken. quem vide. de ῥόδ. confer *Moll.* ad Longi Pastor. pag. 85.

v. 12. Ταὶ. Warton. καὶ.

v. 12. τ' ὤυλιον alii, etiam Stephan. in ed. minor. minus dorice τἄυλιον. αὐταὶ h. e. *solae*, vt Scholiast. explicat, vel *nullo custode*, vt Virgilius loquitur; *nullo ducente*, vt Naso reddidit. Etiam *sua sponte* verterem. vid. *Steph.* in obss. in min. edit. pag. 14. cl. *Ernesti* ad Hom. Odyss. XVI. 294. et cl. *Schrader.* ad Musaeum. pag. 332. Imitatus est Virgil. Ecl. IIII, 21. vbi vide cl. *Heyne*, et *Vrsini* Virgil. coll. p. 41.

v. 13. χλωρᾶς vide indicem. *Tibull.* III. 1. 28. *Auferet extincto* pallida *Ditis aqua*, vbi vide Brouckh. et cl. Heyne.

v. 14. αὐ]ῶ dor. pro αὐ]ϗ. vide Gregor. Corinth. pag. 161. ad §. 155. *Toupius* in Addendis pag. 396. explicat. *in solo litore*, vt imitatus est Virgil. IIII. Georg. 465.

v. 15. 16. ἕλκος – *vulnus quod ei inflixerat telum*

Κύπριος ἐκ μεγάλας τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον.
Ἀλλὰ τὸ φάρμακον εὗρε. καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας
Ὑψηλᾶς, ἐς πόντον ὁρῶν, ἄειδε τοιαῦτα.
Ὦ λευκὰ Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ;
Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα δ' ἀρνός,
Μόσχω γαυροτέρα, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς.

a Venere immiſſum. conf. not. ad *Bion.* I. v. 17. Virgil. Aen. IIII. 1. ἥ οἱ legit et defendit Valckenaer. idemque Καθεσδόμενος malit v. ſeq.

v. 19. v. *Dorville.* van. crit. (p. 419. imitatus eſt Virgil. II. Ecl. 6. conf. ad Callimach. Spanhem. tom. II. pag. 454.

v. 20. conf. Ouid. Metam. XIII. 789. qui tamen vltra modum laſciuit.

v. 21. cf. Theoc. Id. XX. 26. Idyll. VIII. 83. Ceterum ſuauitatem, τὸ πρέπον et proprium poeſeos bucolicae notent tirones. Bucolicus adfingit paſtori aptam et congruentem orationem, eumque ruſtice loquentem ac ſimilitudines ab agro pecudeque iisque, quae quotidie verſat videtque, ducentem inducit. Confer etiam, quae *Vauaſſor* I. mem. pag. 112. ſq. de hac oratione Theocritea disputat.

ibid. conf. *Theocr.* XII. 3. *Virg.* Ecl. V. 16. *Ouid.* Met. XIII. 790. interpretatio vulgaris: *acerbior vua immatura*, ipſa acerba eſt, et repugnat omni ſenſui: melior eſt Caſauboniana, *Splendidior.* Commendat enim Cyclops in Galatea ſua cutis bene curatae nitorem et gratiam. *Heſych.* φιαρὸν, λαμπρὸν, καθαρὸν v. etiam *A Fabri* et T. *Graeu.* ad fragm. *Callimachi.* p. 358. Gloſſae Laurentianae apud Warton. pag. 227. φιαρ. λαμπρότερα, καθαρώτερα. Neque tamen *ſplendidior* placet Wartono interpretari, propter τὸ ὠμᾶς,

Φοιτῇς δ' αὖθ' οὕτως, ὄκκα γλυκὺς ὕπνος ἔχῃ με.
Οἴχῃ δ' εὐθὺς ἰοῖσα, ὅκα γλυκὺς ὕπνος ἀνῇ με.
Φεύγεις δ' ὥσπερ ὄϊς πολιὸν λύκον ἀθρήσασα.
Ἠράσθην μὲν ἔγωγε, κόρα, τεῦ, ἀνίκα πρᾶτον

Ἤνθες

crudae, *immaturae*, *immitis*, et a maturis vuis cutem nitentem ſaltem commendaſſe aptius putat. Quare lectio Calliergi, σφριγανώτερα non prorſus aſpernanda ipſi videtur. Heſychius σφρίγων - idem σφρίγανον - - Vua recenti, ſiue immatura, magis vegeta, turgidula, ſolida. Nonnus Dionys. libr. 34. pag. 858. v. 32. Vitium praeſtantiſſimarum feraciſſima fuit inſula Cyclopum, vnde Polyphemus comparationem ab vuis pulcre ducit. Pariter Homerus Odyſſ. IX. 110. in primis vers. 357. de hac inſula. Bene quidem monet haec Warton: enimuero homo ferus feros quoque crudoſque amare poteſt cibos fructusque, atque adeo vuam immaturam, quae ſibi videtur ſplendere, et vero ſplendet, dum matureſcit.

v. 22. αὖθ' οὕτως *illud ipſum*, *quod aio*, *prorſus ita*, *ut adfirmo*. Pulcerrima eſt petulantia marinae puellae, amatori ſuo ita illudentis, ait Warton.

v. 23. Οἴχ — ἰοῖσα *ſtatim vero*, *quam celerrime aufugis*; ἰὼν, ἐλθὼν cum alio verbo iunctum indicat celeritatem actionis et animi promtitudinem. v. *Dorville* ad Charit. p. 297. Ariſtoph. Plut. v. 32.

v. 25. Imitatur Virgil. Eclog. VIII. 37. Warton ſibi videtur eleganter inſtaurare verſiculum e Vaticano ſexto:

Ἠράσθην μὲν ἔγωγε τεῦ, ὦ κώρα, ἀνίκα πρᾶτον;
vel ex alio: — — τε σῦ κόρα — —

Valcken. e codd. Florent. et Vaticano dedit, Ἠράσθην μὲν ἔγωγα τεῦς (quod rarius eſt voc.) κόρα, ἀνίκα πρᾶτον.

Ἤνθες ἐμᾷ σὺν ματρὶ, θέλοισ' ὑακίνθινα φύλλα
'Εξ ὄρεος δρέψασθαι· ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμόνευον.
Παύσασθαι δ' ἐσιδών τυ καὶ ὕστερον οὐδέτι πω νῦν
'Εκ τήνω δύναμαι· τὶν δ' οὐ μέλει οὐ μὰ Δί' οὐδέν.
Γινώσκω, χαρίεσσα κόρα, τίνος οὕνεκα φεύγεις.
Οὕνεκα μοι λασία μὲν ὀφρῦς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ.
'Εξ ὠτὸς τέταται ποτὶ θὤτερον ὧς μία μακρά,
Εἷς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι· πλατεῖα δε ῥὶς ἐπὶ χείλει.
'Αλλ' ὠυτός τοιοῦτος ἐὼν, βοτὰ χίλια βόσκω,
Κὴκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενος γάλα πίνω.

v. 26. ἐμᾷ. Aurati coniecturam τεᾷ *tua* probat Valckenaer.

v. 27. ἡγεμον. Ex vno Florent. Valcken. ἁγεμον. refcripfit. Apud Homer. Odyff. VII. 30. Minerua Vlyffi Phaeacam ingredienti, ait, ἐγὼ δὲ ὁδὸν ἡγεμονεύσω. confer. infra Mofch. II. 117.

v. 31. cf. *Virg*. Ecl. VIII. 32. loco ἐπὶ vti etiam v. 33. ed. Francof. legit ἔνθι.

v. 33. Schol. ad h. l. τετεσίν, εἰμὶ σιμός. cf. *Virg*. Ecl. II. 19. fq. et cl. *Heyne* ad hos vers. Poft hunc verfum Hemfterh. et Valcken. putant, inferendum effe verfum, qui nunc numeratur quinquagefimus.

v. 34. conf. Iac. Tollii animadu. ad Longin. pag. 351. feq.

v. 35. ἀμελγομενος. Hanc Aldinam et Florentinam, et codd. Vatican. quam etiam fchol. exhibet, lectionem vulgari ἀμελγόμενον, quam Warton quoque habet, praetulit *Reiskius* et Valckenaer. Stephanus in obferuat. fuis (p. 34.) tres proponit interpretationes huius verfus, quafi difficilioris. At enim fi naturam rerum et ingenium hominum rufticorum pe-

Τυρὸς δ' ȣ̓ λείπει μ' ȣ̆τ' ἐν θέρει, ȣ̆τ' ἐν ὀπώρῃ,
Οὐ χειμῶνος ἄκρω· ταρσοὶ δ' ὑπεραχθέες αἰεί.
Συρίσδεν δ' ὡς ȣ̆τις ἐπίσαμαι ὧδε Κυκλώπων,
Τὶν, τὸ φίλον γλυκύμαλον, ἁμᾶ κἠμαυτὸν ἀείδων,
Πολλάκι νυκτὸς ἀωρί. τρέφω δέ τοι ἕνδεκα νεβρὼς,
Πάσας

nitius intuemur, videmus locum nulla laborare difficultate. Quilibet enim tunc dicet, quae ſit lactis pars praeſtantiſſima: qua quidem ratione vulgaris lectio, in Stephaniana quoque editione expreſſa, poteſt defendi. Secundum lectionem vero Aldinam, quae vitae Cyclopis aptior eſt, interpretor eodem paene modo, praeter quod ἀμελγομενος, *mihi mulgens*, redderem. Ita vero videmus, multa loca veterum auctorum praecipue Theocriti et reliquorum poetarum facili planoque modo poſſe explanari, dummodo interpretes interdum naturam hominis et rerum omnium adcuratius nouerint, nec vbique eruditionem quamdam et infinitae lectionis ſpeciem temere eſſent oſtentaturi. conf. de la Cerda ad Virgil. II. Ecl. 22. Homer. Odyſſ. VIIII. 219. 223.

v. 37. ἀκρω, alii ἄκρῳ cum iota ſubſcripto, quod poteſt defendi; ſed prior lectio praeſtat: in illo autem datiuo vulgari et genitiuo Dorico magna regnat inconſtantia. *Reiske*. ἄκρω ſine iota ſubſcripto pro ἄκρȣ Warton quoque vindicat.

v 39. γλυκυμ. Quaenam ſimplicitas et ſuauitas et amandi cupido in hoc Cyclope! conf. *Bion.* I. 78. Propria ſignificatio, *dulce pomum*, eſt infra apud Callim. H in Cerer. 29. pro ἁμᾶ legatur ὁμᾶ. Heſych. ὁμα, ὁμȣ̃. Sed fortaſſe Dorice hic loci circumflectatur ἁμᾶ. Annon et commune ἁμα dorice pro ὁμȣ̃, ait Warton. ἁμᾶ dedit Valcken. malit tamen ὁμᾶ.

v. 40. *Theoc.* III. 34. *Virg.* Ecl. II. 41. Gloſſae

Πάσας μαννοφόρως, καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων·
Ἀλλ' ἀφίκευ τὺ ποτ' ἄμμε, καὶ ἑξεῖς ὐδὲν ἔλασσον.

F 5 Τὰν

Laurentianae ad h. l. ἄωρι, ἀώρια, ἀκαίρως, παρὰ τὸν δέοντα καιρόν. v. Suidam in h. v. et Lucian. tom. I. pag. 291. ibique Hemſterh.

v. 41. μαννοφορ. *torquibus ornatos.* ſic codd. Vatic. editt. Iunt. et Calliergi. Alii vero, Aldus, *Stephan.* Warton. Valcken. quem vide et codd. Laurent. ἀμνοφόρως, quam lectionem reiicit Caſaubon. ad h. l. et laudat interpretationem Scholiaſtes, qui Μάννος, inquit, ἐςὶν ὁ περιτραχήλιος κόσμος, τὸ λεγόμενον μαννάκιον. Reiskius, veram lectionem eſſe μαναφόρως ſimplici ν pro μηνοφόρως, haud dubitauit. μήνη autem, *lunula*, eſt macula in pelle lunam imitans. Quae quidem Reiskii coniectura huic loco magis conuenire videtur Wartonio, et loco Homeri Iliad. XXIII. 455. non incommode poſſe illuſtrari: et ipſi Valckenario placeret, ſi macula in pelle lunam imitans μήνη diceretur: ſed luna ipſa dicitur μήνη. In fronte equi Homerici l. mem. λευκὸν σῆμ' ἐτέτυκτο περίτροχον ἠΰτε μήνης. Retinuit igitur ἀμνοφόρως.

σκύμνως *catulos.* Breuitati et proprietati multum detraxiſſe videtur *Ouid.* Metam. XIII. 834. huiusce muneris quaſi ſaeuitiem molliendo: *Inueni geminos — inter ſe ſimiles, qui tecum ludere poſſint I illoſae catulos in ſummis montibus vrſae.*

v. 42. Ἀλλὰ verterem *age*: et deſiderium exprimit immenſum. v. ind. ἄμμε Steph. in ed. min. cum aliis ἀμέ; al. ποτί με. Ceterum conf. *Virg.* Ecl. VIIII. 39. 43. vbi vide notam cl. *Heyne*, et *Theocrit.* V. 45. Virg. Ecl. I. 80. ὀρεχθῆν e codd. Vaticano et Romano Ottoboni repoſuit Valcken. et laudauit Toupium in Emendat. in Suidam II. p. 178. Gloſſae

Τὰν γλαυκὰν δὲ θάλασσαν ἔα ποτὶ χέρσον ὀρεχθεῖν.
Ἅδιον ἐν τὤντρῳ παρ' ἐμὶν τὰν νύκτα διαξεῖς.
Ἐντὶ δάφναι τηνεῖ, ἐντὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι.
Ἐντὶ μέλας κισσὸς, ἐντ' ἄμπελος ἁ γλυκύκαρπος·
Ἐντὶ ψυχρὸν ὕδωρ, τό μοι ἁ πολυδένδρεος Αἴτνα
Λευκᾶς ἐκ χιόνος, ποτὸν ἀμβρόσιον, προΐητι.
Τίς κεν τῶνδε θάλασσαν ἔχειν ἢ κύμαθ' ἕλοιτο;
Αἱ δέ τοι αὐτὸς ἐγὼν δοκέω λασιώτερος ἦμεν,

Ἐντὶ

Laurent. interpretantur κίνεισθαι. conf. Hom. Iliad. XXIII. 30.

v. 47. Scholiaſt. iam obſeruat, Aetnam ab altera parte ignem euomere; ab altera autem eſſe nemoroſam, ἐν ᾧ μέρει καὶ χιὼν δι' ἔτους τηρεῖται, ἐξ οὗ φησιν ὁ Θεόκριτος, τῆς χιόνος τηκομένης, ῥεῖν τὸ ὕδωρ καὶ μάλα ψυχρόν.

v. 2. πολύτροφε, πυλυμεδ. Consueta sunt epitheta Cereris, quae eadem est cum Tellure, quoniam tellus multos profert fructus frugesque, et τροφῇ, nutritioni omnium rerum praeest. Modium igitur in capite gestat Ceres. confer librum: *Papauer ex omni antiquitate erutum,* Noribergae 1713. in 4. in primis pag. 42. sq. ibique effigies aeri incisas. pag. 36. disputatur de voc. Δημήτηρ. nam Δαμάτερ est dorice. — De voc. βέβαλοι vide indicem.

v. 3. θασεῖσθε, dorice a θάομαι specto, vt *Theocrit.* II. 72. XV. 23. conf. de hoc voc. *Valcken.* ad Theocriti Adoniaz. v. 65. pag. 367. Commodissimum autem videtur cl. Ernesti, verba χαμαὶ θασεῖσθαι βέβαλοι in parenthesi accipi. Contra Reiskius, dele, inquit, signa parenthesеos, humo, de plano, spectate redeuntem calathum, non autem e tectis domuum. „ Vt fere Spanhem. explicuit, cui id vel inde factum videtur, quod non alia esset, vt vel graecum de ea nomen abunde arguit, Δημήτηρ, siue Ceres, nisi Tellus omnium mater et nutrix, quae spectatores proinde *humi*, seu *in terra*, vel in vestibulis aedium stantes aut sedentes flagitaret; non e loco aliquo sublimi, vt continuo additur, neque, quod alias in eiusmodi pompis factum, vehiculis seu pilentis aut equis vectos.

Μὴ παῖς, μηδὲ γυνὰ μηδ' ἃ κατεχεύατο χαίταν,
Μηδ' ὄκ' ἀφ' αὐαλέων ςομάτων πτύωμες ἄπαςοι
Ἕσπερος ἐκ νεφέων ἐσκέψατο πανίκα νεῖται·
Ἕσπερος, ὅςε πιεῖν Δαμάτερα μῶνος ἔπεισεν,
Ἁρπαγίμας ὄκ' ἄπυςα μετέςιχεν ἴχνια κώρας.
Πότνια,

v. 5. χαίταν. Cum *Heinfio* Arift. Sacr. pag. 920. *Ernefti* v. cel. *Bandinio* et *Goldhagenio* intellexerim de meretrice. Scholiaft. cod. Reg. adfcribit: μηδ' ἥτις ἀγαμός ἐςι. Anna Fabri interpretatur, ***quae comam fubmifit, et temere Zephyris agitandam reliquit***, i. e. puella: mulieres enim capillos non fubmittebant. *Reiskius* in alias abit partes; fcribo, inquit, ἆ, fubaudiens ὥρα, neque ea diei parte, qua virgo quaepiam, aut mulier folet crinem promittere, nodos eius refoluit, et illum pendere atque fluitare neglectum finit. quod faciunt mulieres vefperae, domi fuae cum agunt, non in publico verfantur, vbi conftrictum et nodis reuinctum atque in cincinnos contortum crinem geftant, aut cum cubitum eunt. Huic tempori vefpertino opponitur verfu proximo 6. matutinum; ***neque eum ficco defpuimus ore.***

v. 7. Sedulo et cupidus e nubibus profpectans obferuat Hefperus illud tempus, quandonam fit aduenturum, quo calathus ille fit promoturus gradum, in vrbem vt importetur. *Reiske.* Hoc enim facrum, obferuante Anna Fabri, ad vefperam incipiebatur, quia fcilicet erat peruiligium Veneri, vt Palladi et aliis, qua diis, qua deabus, fiue nocturna Cereris facra. Quare circa vefperam prodire primum folita eft huius deae pompa; in eaque calathi Cerealis geftatio.

v. 8. confer *Ifocrat.* Panegyr. cap. 6. ibique cl. ***Morum.***

Πότνια, πῶς σε δύναντο πόδες φέρεν ἔς τ' ἐπὶ δυθμὰς,
Ἔς τ' ἐπὶ τὼς μέλανας, καὶ ὅπα τὰ χρύσεα μᾶλα;
Οὐ πίες, ὗτ' ἄρ' ἔδες τῆνον χρόνον, ὐδ' ἐλοέσσω.
Τρὶς μὲν δὴ διέβης Ἀχελώϊον ἀργυροδίναν,

Τοσσά-

v. 10. conf. cl. *Valcken.* praefat. ad Virgilium cum Graecis collatum pag. 46. fupra ad Mimnerm. IIII. 9. δυθμὰς vid. indicem.

v. 11. μελάνας h. e. Aethiopas. — μᾶλα Nempe ad Oceanum Atlanticnm, vbi vulgo feraces illi aureis malis Hefperidum horti a veteribus ftatuuntur. v. *Spanheim.* et *C. G. Schwarzii* difput. de lapfu primorum humani generis parentum a paganis adumbrato. Altorfi 1730.

v. 12. Hunc verfum pro fpurio eiicit cl. Ruhnken. epift. crit. II. pag. 37. adfentiente Ernefti, cui etiam vers. 15. fpurius et pofterior pars v. 16. fupplementum a recentiori manu effe videntur. καλλιχ. puteus fuit in Attica celeberrimus. Henna autem in media infula Sicilia fita putabatur: hinc ὄμφαλος, *vmbilicus* dicitur.

v. 12. τῆνον. Lafcaris apud Bandin. habet τῆνον. Secundum Spanhemium hinc tertia etiam Thesmophoriorum dies, Pyanepfionis nempe decima fexta ieiunio a mulieribus iis operantibus translata, eademque νηστεία inde dicta. Abftemia erant tam apud Graecos, quam apud Romanos haec Cereris facra: Feminae autem illis facris operantes a vino abftinere debebant, cum quia in cafto effe debebant, tum maxime, quod oblatam in aedibus Hippothoontis vini potionem moefta adhuc ob filiae raptum recufaffe fertur eadem Ceres.

v. 13. διέβης. Lafcaris habet διέβαινεν. Achelous fluuius fuit Aetoliae, qui ab Acarnania feparat, et prae aliis fluuiis celebris.

Τοσσάκι δ' ἀεναώων ποταμῶν ἐπέρασσας ἕκαστον,
[Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίστης νήσου δράμες ὄμφαλον Ἔνναν]
Τρὶς δ' ἐπὶ καλλι [χόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο φρητὶ]
Αὐσταλέα, ἄποτός τε· καὶ οὐ φάγες, οὐδ' ἐλοέσσω.
Μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες, ἃ δάκρυον ἄγαγε Δηοῖ.
Κάλλιον, ὡς πολίεσσιν ἑαδότα τέθμια δῶκε.
Κάλλιον, ὡς καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρᾶτα

'Ἀστα-

v. 14. ἀενν. ita fluuii a perenni fluxu apud Graecos poetas dicti sunt. mox simplici σ, Lascaris dedit ἐπέρασας.

v. 18. ἤγαγε. Correxi ἄγαγε ex H. in L. P. v. 5. 81. et sic semper Pindarus. Μὴ μὴ elegans repetitio, in qua tamen librarii offenderunt, vt Vossianus, qui dedit μὴ δὴ. v. Dorville ad Charit. p. 200. *Ernesti.* In sacris autem Cereris omnis luctus omniaque mali ominis verba abesse debebant. v. Spanheim.

v. 19. τέθμια. *Hesych.* νόμους, *leges.* Hinc Ceres Θεσμοφόρος, *legifera,* dicitur, quod post inuentum a Cerere frumentum discreti primum fuerunt agri, indeque iura legesque enatae sunt, quibus suum cuique tribueretur; et Romae in aede Cereris aeri incisae leges positae erant. v. Spanhemium, qui item comparat Hebraeorum festum messis, et de auctoritate diuinitateque primorum legislatorum agit.

v. 20. Haec altera, immo praecipua quaedam caussa instituti huius apud Graecos et quidem Atticos sacri. Hinc Cereri, inuentrici et auctori messis, frugum primitiae seu spicarum sacro manipulo (δράγματι) et spicea serta statis messis temporibus offerri olim consueuerant. Immo enata est primum sacrorum eiusmodi conuentuum ac festiuitatum origo. vide Spanhem. qui praeter ea ritus Aegyptiorum et Hebraeorum comparat.

Ἀσαχύων ἀπέκοψε, καὶ ἐν βόας ἧκε πατῆσαι,
Ἁνίκα Τριπτόλεμος ἀγαθὰν ἐδιδάσκετο τέχναν.
Κάλλιον, ὡς (ἵνα καί τις ὑπερβασίας ἀλέηται)
[Θήκατο βȣπείνᾳ Τριόπεω γόνον οἰκτρὸν] ἰδέσθαι.
Οὔπω τὰν Κνιδίαν, ἔτι Δώτιον ἱρὸν ἔναιον,

Τὶν

v. 21. Trituram intelligit, quae bobus et iumentis peragitur, et non ſolum apud Graecos, ſed etiam apud Hebraeos, Syros, Arabes et Aegyptios olim in vſu fuit.

v. 22. confer *Ouid.* III. Triſt. 8. 1. ibique a notata. *Valer. Flacc.* I. Argonaut. 67. et *Spanhem.* ad noſtrum locum. Legislator fuit apud Athenienſes antiquiſſimus, et Thesmophoria ſeu ſacra in honorem Cereris Legiferae qui inſtitueret, primus fuit. adde libell. de Papauere ad vers. 2. laudatum pag. 106. et 107.

v. 23. Egregie inſerit poeta ſententiam; qua quidem et fabulam illuminat quaſi, et docet.

v. 24. Hunc verſum exulare iubet cl. *Erneſti.* Θήκατο *fecit*, v. indicem τιθέναι. Βȣπείνᾳ *ingenti, dira fame.* Heſych. tom. I. pag. 752. Βȣπείναν, μέγαν λιμὸν, et *Suid.* tom. I. pag. 448. Βȣ́πεινα, ἡ μεγάλη πεῖνα. Nam Βȣ in compoſitis auget ſignificationem. Sic Βȣ́παις explicatur ab Heſychio νέος μέγας, et Ammon. Differ. pag. 109. Βȣ́παις, ὁ μέγας παῖς. v. 103. vocatur βȣ́βρωσις.

v. 25. Docet Cl. Salmaſius in notis ad inſcription. Herodis Attici pag. 28. τὰν κνίδιαν pro τὰν κνίδον poni — nec Cnidios in Theſſaliam, verum Theſſalos relicta vrbe Dotio in inſulam Cnidum profectos duce Triopa, ibique condidiſſe vrbem Triopion. Dotium, vrbem Theſſaliae, vocat ſacrum propter lucum Cereri ibi ab antiquis, quos Pelasgos dicit noſter fuiſſe, poſitum. ἱρὸν pro ἱερὸν *ſacrum*, ionice.

Τὶν δ' αὐτᾷ καλὸν ἄλσος ἐποιήσαντο Πελασγοὶ
Δένδρεσιν ἀμφιλαφές· διά κεν μόλις ἦνθεν οἰςός.
Ἐν πίτυς, ἐν μεγάλαι πτελέαι ἔσαν, ἐν δὲ καὶ ὄχναι,
Ἀν

v. 26. f. τὶν δ' αὐτᾷ aut τηνεὶ τᾷ id eſt ἐκεῖ αὐτῇ, *ibi ei*, Cereri puta. *Reiske.* Τιν alienum quoque videtur Erneſti, quoniam in toto loco de Cerere in tertia perſona loquitur. Enimuero, niſi Reiskii coniectura valde probabilis amplectenda videtur, forte τὶν dorice pro σοὶ more conſueto παρέλκει: αὐτᾷ dorice pro αὐτῇ *illi* Cereri, vel *illo* loco. ἐν αὐτῇ χώρᾳ. — ἄλσ. ἐποιησ. vide indicem et confer *Lucan.* III. 393. ſqq.

v. 27. ἀμφιλαφ. vide indicem. — κεν poetice pro ἂν, quare aor. 2. διῆνθεν, (nam διά - ἦνθεν per tmeſin diſcreta, ſunt coniungenda, vt mox ἐν-ἔσαν) reddi debet per imperfectum coniunctiui, *penetraret, perueniret.* v. *Hogeeu.* de particul. tom. I. pag. 79. n. 7. ſic ſupra Anacr. VIIII. 19. κἠν ἀφῇ με, *etiam ſi me dimitteres.* Bion I. 39. ἂν cum aor. primo coniunctum, ἔκλαυσεν ἄν, reddendum eſt, *deploraſſet.* vide Hoogeu. loc. mem. n. 6. — ἦνθεν pro ἦλθεν expreſſerat quoque Laſacris.

v. 28. Coaceruatione arborum multifariam eodem in loco poetae veteres vtuntur, et in his Virgilius quoque, quam Scaliger recte notauit. Eſt enim prodigioſa et aliena ab omni veriſimilitudine, praeſertim in luco ſpontaneo, manibus hominum non inſtituto. Sed vitium hoc eſt illis commune, de quo queſtus etiam eſt I. M. Gesnerus ad Orphei Argonaut. vers. 909. vbi exemplum huius luxuriei eſt tam portentoſum, vt, quacunque eius ſuperſunt alia, omnia longe ſuperet. *Reiske.* In lucis, qui inuiolabiles habebantur, et diis quoque conſecrabantur maiorum gentium, arborum denſitatem et obſcuritatem obſer-

'Εν δὲ καλὰ γλυκύμαλα. τὸ δ', ὥς' ἀλέκτρινον, ὕδωρ
'Εξ ἀμαρᾶν ἀνέθυε. θεὰ δ' ἐπεμαίνετο χώρῳ
Ὅσσον Ἐλευσῖνι, Τριόπῳ θ' ὅσον, ὁκκόσον Ἔννᾳ.

'Αλλ'

natam, diuerſaque arborum genera, item fontes et amnes fuiſſe, et noſter Callimachi locus teſtatur, et *Eſchenbach* de conſecratis gentilium lucis §. 4 - 9. (quae diſputat. eſt inter eius diſſ. academicas Norib. 1705. pag. 133. ſqq.) vberius docet. adde indicem.

v. 29. γλυκυμ. quae alias de fructu, hic de arboribus ipſis dicuntur. vide Spanhem. qui antea quoque de ὄχναις piris agreſtibus translatis, iisque bonos tum ferentibus fructus late diſputat. — ἀλέκτρινον ὕδωρ, *electrina*, h. e. pellucida, limpidiſſima *aqua*. Schol. ἐλέκτρινον, διαυγὲς, παρὰ τὸ ἤλεκτρον, (*Bernſtein* vulgo.)

v. 30. ἀμαρᾶν dor. pro ἀμαρῶν, *e ſcatebris*. Schol. ad h. l. εἰσὶ δὲ αἱ ὑδροῤῥόαι. *Heſych.* tom. I. pag. 262. in hortis aquae fluxum nominari dicit, quod ſimul et aequaliter et ſedate fluit, ἀμάρη, ἡ ἐν τοῖς κήποις ὑδροῤῥοια παρὰ ἅμα καὶ τὸ ἴσως καὶ ὁμαλῶς ῥεῖν. - - ἐπεμαίνετο vide ſupra ad Theocrit. XXX. 31. — ἐπεμ. χώρῳ eſt ex Homero ducta loquendi ratio Il. Z 160. χῶρος de tali luco eſt et apud Xenophont. Expedit. Cyr. V. p. 378. *Erneſti.* Certa enim quaedam loca prae aliis a numinibus mirifice eſſe dilecta, monet et probat Spanhem.

v. 31. Τριόπῳ. Ab Herodoto aliisque vocatur Τριόπιον. Erat autem Cariae ſeu Cnidorum in Caria, idemque Coo adiacens promontorium et vrbs a Triopa, huius Eryſichthonis patre condita; ſed eo demum tempore, quum, poſt famem filii diram, coloniam in Cariam deduxiſſet, et illam vrbem a ſe conditam, de ſuo adpellaſſet nomine. Nondum vero extitit illa vrbs, quum in peninſulam Cariam Pelasgi traiicerent.

'Αλλ' ὅκα Τριοπίδαισιν ὁ δεξιὸς ἄχθετο δαίμων,
Τυτάκις ἁ χείρων 'Ερυσίχθονος ἅψατο βωλά.
Σεύατ' ἔχων θεράποντας ἐείκοσι, πάντας ἐν ἀκμᾷ,
Πάντας δ' ἀνδρογίγαντας (ὅλαν πόλιν ἄρκιοι ἆραι)
'Αμφότερον πελέκεσσι καὶ ἀξίναισιν ὁπλίσσας.
'Ες δὲ τὸ τᾶς Δάματρος ἀναιδέες ἔδραμον ἄλσος.
῏Ης δέ τις αἴγειρος, μέγα δένδρεον, αἰθέρι κῦρον·

Τῶ

Callimachus igitur h. l. πρόληψιν siue προχρονισμὸν admisit. vide Graeuium et Spanhem.

v. 32. Triopidis, i. e. Erysichthonis, Triopae filio, totique illi familiae. — δέξιος, *dexter*, h. e. bonus, dicitur Genius siue deus, quia dii bonorum habebantur largitores. Quando contra dii irasci dicantur, docet Spanhem.

v. 35. Possit εἶεν subaudiri, neque multum contendam, si quis hoc velit, et in vulgata ἄρκιοι acquiescat, ego vero malim sublatis signis parentheseos, ἀρκίος, Dorice pro ἀρκίους, vt apud Theocrit. Idyll. 10. τὼς φακὸς εἶψῆν pro τοὺς φακοὺς: praesertim cum etiam libri, Vossianus atque Ambrosianus, hoc dent, tametsi accentu prauo. *Reiske.* — ἀνδρογιγ. Ita poetae homines illos fabulosos, qui in deos furere ausi sunt, humanam staturam superasse, fingere solent. confer Euripidis Phoeniss. 1037. 1137.

v. 36. πελέκυς, *securis*, vna parte acuta: ἀξίνη, *bipennis*, vtraque parte acuta.

v. 38. ἧς pro ἦν, vt saepe apud Theocritum. Annae Fabri Ouidius *quercum* rectius posuisse videtur. Αἴγειρος, (quod est vocabulum Creticum) fuit populus nigra, quae in maiorem altitudinem, quam alba populus, exsurgebat. Cellis autem arboribus vulgo consiti erant sacri veterum luci. v. Spanhem.

Τῷ δ' ἔπι ταὶ νύμφαι ποτὶ τὤνδιον ἐψιόωντο.
Ἁ πρᾶτα πλαγεῖσα, κακὸν μέλος ἴαχεν ἄλλαις.
Ἤσθετο Δαμάτηρ, ὅτι οἱ ξύλον ἱερὸν ἀλγεῖ·
Εἶπε δὲ χωσαμένα, τίς μοι καλὰ δένδρεα κόπτει;
Αὐτίκα Νικίππᾳ (τάν οἱ πόλις ἀρήτειραν
Δαμοσίαν ἕστασαν) ἐείσατο. γέντο δὲ χειρὶ
Στέμματα καὶ μάκωνα, κατωμαδίαν δ' ἔχε κλαΐδα.
Φᾶ δὲ παραψήχοισα κακὸν καὶ ἀναιδέα φῶτα,

Τέκνον

v. 39. τὤνδιον. v. indicem, ὤνδιον.

v. 42. κόπτειν, feu ἐκκόπτειν *fuccidere*, funditus exfcindere, religiofas id genus arbores, femper vetitum fuit.

v. 43. Νικίππᾳ vulgo Νικίππῃ. Florentina apud Bandinium Νιππίκῃ.

v. 44. ἕστασαν nempe Dotium eiusque ciues; imitatus eft Homerum Il. Z. 300. *Publica facerdos* conftituta dicitur, et quod collatio facerdotiorum propter facrorum religionem inter praecipuas rei publicae et adminiftrationis curas fuit femper et vbique ferme habita, et quod facra Cereris a probatis lectisque feminis publice fiebant. Plura vide apud Spanhem. Spiceae autem coronae et papauer fuerunt attributa Cereri. Sacerdos vero tamquam aedis facrae cuftos clauem ab humeris pendulam geftat. confer *Schwarzii* difp. de Diis clauigeris. Altdorf. 1744. et Valcken. ad Theocriti Adoniaz. pag. 334. 335.

γέντο eft ab antiquo verbo γέννομαι, vel γένομαι. Hefychius γέννα, Κύπριοι, λαβέ. *Ernefti.*

v. 45. vide librum: Papauer ex omni antiquitate erutum, pag. 36. 37. inprimis pag. 39.

v. 46. Παραψήχοισα, *permulcens.* Hanc lectionem recepit ven. *Ernefti* in textum pro vulgato παραψύ-

Τέκνον, ὅτις τὰ θεοῖσιν ἀνειμένα δένδρεα κόπτεις,
Τέκνον ἐλίνυσον, τέκνον πολύθεστε τοκεῦσι,
Παύεο, καὶ θεράποντας ἀπότρεπε· μή τι χαλεφθῇ
Πότνια Δαμάτηρ, τᾶς ἱερὸν ἐκκεραΐζεις.
Τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας, χαλεπώτερον, ἠὲ κυναγὸν
Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα

L 2 Ὠμο-

χοισα, *consolans* quod alienum esset ab hoc loco, et ablegat ad Arnaldi Anim. pag. 80. 81. in primis Piersonium in Verisim. pag. 132. qui de confusione ψύχειν et ψήχειν egit. *Reiskius* tamen hanc lectionem vitiosam, et temere introductam dicit, seruari debuisse veterem probam παραψυχοισα, quam etiam Bandinius rescripsit. vid. etiam Reiskium ad Theocrit. 13. 54.

v. 47-50. ἀνειμ. - ἐλίνυσον - πολυθ. vide indicem sub hh. vocc. ἱερὸν scil. ἄλσος.

v. 52. In Molossidos tractu, vbi mons ille Tmarus vel Tomarus est, ferocissimos leones gigni, ex Aristotele Plinioque obseruat Spanheim. Ad vultum vero atrocem ita pingendum, vt sensui quasi subiici possit, ornate comparat vultum illius leaenae, et ad picturam quasi absoluendam, addit, illius vultum esse truculentissimum, adspectu terribilem. *Horat.* I. Od. 23. 9. 10. *Atqui non ego te, tigris vt aspera Gaetulusue leo, frangere persequor.* — *Claudian.* in Rufinum I. 225. sqq. vbi vide Barth.

Effera praetumido quatiebat corda furore.
Quae sic Getuli iaculo percussa leaena,
Aut Hyrcana premens raptorem bellua Parthum,
Aut serpens calcata furit?

Denique nota differentiam: ὑποβλέπειν est *limis oculis adspicere*, v. *Salmas.* Exercitt. Plinian. pag. 231. F. edit. Vltraiect. Ἀντιβλέπειν et προσβλέπειν dicitur is,

'Ωμοτόκος, (τᾶς φαντὶ πέλειν βλοσυρώτατον ὄμμα)
Χάζευ, ἔφα· μή τοι πέλεκυν μέγαν ἐν χροῒ παξῶ.
Ταῦτα δ' ἐμὸν θασεῖ στεγανὸν δόμον, ᾧ ἔνι δαῖτας
Αἰὲν ἐμοῖς ἑτάροισιν ἅδην θυμαρέας ἀξῶ.
Εἶπεν ὁ παῖς, Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνάν.

Δαμά-

qui oculos vultumque alicuius perferre poteſt. vide *Spanhem.* ad Iuliani Caeſar. pag. 51. edit. Heuſingeri. 'Επιβλέπειν denique eſt, oculis benignis reſpicere. Luc. I. 48. Iacob. II. 3. confer Elsneri Obss. ſacras tom. I. pag. 220, 1.

v. 54. παξῶ, (libri male πάξω quam lectionem etiam Bandinius dedit) dorice pro πήξω, a πήγνυμι, *figo.* vide *Maittaire* de dialectis pag. 219. Dores enim vltimam futuri flectunt.

v. 55. θασσεῖ hoc recte mutaſſe dicitur Stephanus in θασεῖ dorice pro θήσει, et A. Fabri ac doctiſſ. Erneſti laudant emendationem Stephani; ſed Laſcaris iam in editione Florentina legerat θασεῖ, vt Bandinius in varietate lectionum adnotauit. adde *Koen* ad Gregor. Corinth. de dialectis pag. 100. ſq. Δόμος h. l. non eſt ***domus***, quae iam tecta erat, ſed *triclinium*, quod ſubiecta deſcriptio docet. Eryſichton volebat lacunar ſtruere in triclinio, ſeu coenaculum *laqueatum* (hinc στεγανὸν, n. *denſum*) efficere, in quo coenaculi praecipuus ornatus. Sic *Theocrit.* XVII. v. 17. infra v. 64. eſt eodem ſenſu. vide Erneſti notam. Theſſali autem, qualis fuit Eryſichton, valde edaces ſunt vituperati. v. Spanhem.

v. 57. Libri tribuuntur a poetis Ioui, Parcis, aliisque diis, quibus cura rerum humanarum, in vtramque partem. Similiter ergo Nemeſi ſiue Adraſteae libri tribuuntur. v. *Erneſti.* Quin ipſa S. S. eiusmodi loca ſuppeditare poteſt.

Δαμάτηρ δ' ἄφατόν τι κοτέσσατο· γείνατο δ' ἁ θεῦς·
Ἄθμακτα μὲν χέρσω, κεφαλὰ δὲ οἱ ἅψατ' ὀλύμπω.
Οἱ μὲν ἄρ' ἡμιθνῆτες, ἐπεὶ τὰν πότνιαν εἶδον,
Ἐξαπίνας ἀπόρουσαν, ἐνὶ δρυσὶ χαλκὸν ἀφέντες.
Ἁ δ' ἄλλως μὲν ἔασεν (ἀναγκαίᾳ γὰρ ἕποντο
Δεσποτικὰν ὑπὸ χεῖρα) βαρὺν δ' ἀπαμείψατ' ἄνακτα,
Ναὶ ναὶ, τεύχεο δῶμα, κύον, κύον, ᾧ ἔνι δαῖτας

v. 59. Virgil. IIII. Aen. de fama (notante *Vulcanio.*) *Parua metu primo, mox se attollit in auras, Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.* confer quae scripsi ad Anthol. lat. poet. Lucret. I. 64. et *Klotzii* epistolas Homer. pag. 195. sq.

v. 61. χαλκόν. *aes*, non, ferrum dicit poeta, quoniam antiquissimis temporibus, vti ex Homero constat, aes frequentius fuit ferro, et hoc contra carius ac praestantius. vide *Riccii* Dissertatt. Homeric. tom. I. diss. XVI. pag. 157. sqq.

v. 62. ἄλλως non refertur ad famulos, et versus proxime superiores, sed ad sequentia potius, et ad βαρὺν ἄνακτα. ἔασσαν, quam lectionem etiam Lascaris habuit, Stephanus bene mutauit in ἔασεν. v. Ernesti.

v. 63. χεὶρ hic loci est opus seruis ab hero imperatum, et ab herili manu demonstratum, ad quod agendum herus seruos suos manu adductos adponit et adfigit quasi. *Reiske.* Hoc sensu etiam *manus* apud Latinos reperitur. Sic fere apud *Valer.* Flacc. III. Argon. 336. vide etiam Spanhem. Facilius forte supples ὄντες, *quia sub manu* h. e. *potestate domini erant,* vt Steph. iam verterat.

v. 64. Apud Homerum hoc conuiciandi genus haud infrequens est, et deae quoque se mutuo lacessunt, vt Iuno Dianam Iliad. Φ. 481. Iris Mineruam Iliad. Θ.

Ποιησεῖς· θαμιναὶ γὰρ ἐς ὕστερον εἰλαπίναι τοι.
Ἁ μὲν τόσσ᾽ εἰποῖσ᾽ Ἐρυσίχθονι τεῦχε πονηρά.
Αὐτίκα οἱ χαλεπόν τε καὶ ἄγριον ἔμβαλε λιμὸν,
Αἴθωνα, κρατερόν· μεγάλᾳ δ᾽ ἐστρεύγετο νόσῳ
Σχέτλιος ὅσσα πάσαιτο, τόσων ἔχεν ἵμερος αὖτις.

Εἴκατι

v. 423. *αἰνοτάτη κύον impudentiſſima canis.* Sed enim difficile eſt, de dignitate verborum recte iudicare, praeſertim ex interpretationibus latinis. v. *Riccium* in diſſertat. Homericis X. et XI. et *Klotzium* de verecundia Virgilii pag. 270. (in Opuſculis varii argumenti.) Et rudiori aetati condonandi ſunt illi floſculi, quos tamen homines, qui elegantiores videri velint, haud ſpernere, vel noſtra aetas docet.

v. 68. Αἴθωνα, *ardentem, diram.* v. Spanheim. et Erneſti; interpretes ad Aelian. V. H. I. 27. *Reines.* var. lect. III. 2. pag. 370. et ἐστρεύγετο eſt verbum Homericum ex Il. Θ′ 512. Od. μ′. 381. v. *Erneſti* ad Callim. et cl. *Valcken.* ad Ammon. animaduers. p. 130. Sequebatur enim βουλιμία ſiue indefinens cibi adpetentia, indeque orta eſt imbecillitas viriumque proſtratio et tabes. confer v. 93. ibique Spanhem.

v. 69. Ἵμερος bene habet. Subauditur αὐτὸν, Theocrit. 16. 65. hoc verſu Stephani interpunctio ſeruari debebat. *Reiske.* Stephan. nimirum interpunxit poſt σχέτλιος. Sed quia tunc ἵμερον foret corrigendum, nam ἔχεν refertur ad σχέτλιος, et ſequi adeo debet adcuſatiuus, deinde quia editiones veteres non interpungunt poſt σχέτλιος, ven. Erneſti has ſequutus eſt. Inde nota Reiskii intelligi debet. Atqui ſi ſignum exclamandi poſt σχέτλιος poneretur, grauior forſan erit oratio, et ſententiae Reiskii ſubſcriberem. πάσαιτο eſt a πάσσομαι, *edo*: πάομαι vero eſt *poſſideo.* vide cel. Erneſti ad h. l. et ad verſum 128.

Ἔικατι δαῖτα πένοντο, δυώδεκα δ' ὄινον ἄφυσσον.
Τόσσα Διώνυσον γὰρ ἃ καὶ Δάματρα χαλέπτει.
Καὶ γὰρ τᾶ Δάματρι συνωργίσθη Διόνυσος.
Οὔτε μιν εἰς ἐράνως ὔτε ξυνδείπνια πέμπον
Αἰδόμενοι γονέες· προχάνα δ' εὑρίσκετο πᾶσα.
Ἦνθον Ἰτωνιάδος μιν Ἀθαναίας ἐπ' ἄεθλα

v. 71. 72. cl. *Ernesti* ad h. l. et el. *Ruhnken* in epist. critica II. pag. 38. alterutrum versum spurium esse, propter frigidam tautologiam, quae inesset, iudicant. *Reiske* tamen „vers. 71. qui nunc est, ait, post 72. est collocandus, vt inuerso ordine sequantur ad hunc modum Ἔικατι δαῖτα — καὶ γὰρ τᾶ Δ. — τόσσα Δ. γ. — Οὔτε μιν — Potest tamen vulgaris ordo versuum seruari, si καὶ γὰρ reddimus, *ideoque etiam nunc* — verbum χαλέπτειν significat h. l. *in furorem agere, iram alicuius atque indignationem ciere, commouere.*„ Ego vero tolerarem hanc tautologiam in pedestri quadam oratione, aut in fabulis et narrationibus, sed in hymno mihi frigida esse videtur, et *Ernestio* adsentiri malo. Bacchum vero Cereris πάρεδρον, *adsessorem* nominat *Pindar.* Isthm. od. 7. plura vide apud Spanhem.

v. 73. *Reiskius* mauult ὔτ' ἐς ξυνδείπνια.

v. 75. 76. Iton. vrbs Thessaliae, vbi Minerua, inde *Itonia* Ἰτωνὶς et Ἰτωνιὰς dicta, colebatur, et Ormenidae erant Thessali, in eodem, quo Mineruae Itonicae fanum, tractu, nempe inter Pheras et Larissam. Itonis autem haec dea etiam in vrbe Boeotiae Coronea culta fuit, non a loco, sed ab Itono sacerdote, Amphyctionis filio, ita adpellata. vid. Spanhem. h. l. et ad H. in Pallad. v. 61. vbi de hoc Itoniae Mineruae cultu et agonibus apud Boeotos celebratis egit. ἂν, Ernesti,

'Ορμενίδαι καλέοντες· ἀπ' ὧν ἠρνήσατο μάτηρ.
Οὐκ ἐνδοῖ. χθιζὸς γὰρ ἐπὶ Κρανῶνα βέβηκε,
Τέλθος ἀπαιτήσων ἑκατὸν βόας. ἦνθε Πολυξὼ,
Μάτηρ 'Ακτορίωνος, (ἐπεὶ γάμον ἄρτυε παιδὶ)
'Αμφότερον, Τριόπαν τε καὶ υἱέα, κικλήσκοισα
Τὰν δὲ γυνὰ βαρύθυμος ἀμείβετο δακρυχέοισα,
Νεῖταί τοι Τριόπας· 'Ερυσίχθονα δ' ἤλασε κάπρος
Πίνδον ἀν' εὐάγκειαν, ὁ δ' ἐννέα φάεα κεῖται.
Δειλαία, φιλότεκνε, τί δ' οὐκ ἐψεύσαο, μᾶτερ;

Δαί-

V. C. refinxit pro ὧν, quia fic femper fcribunt Dores poetae.

v. 77. ἐνδοῖ dorice pro ἔνδον, ***non eſt intus, non domi eſt***: de quo vocabulo vide cl. *Valcken.* ad Theocriti Adoniaz. p. 363. Κραν. vrbs Theſſaliae. Lafcaris apud Bandin. habet κραννῶνα, et fic MS. Reg. cum editt. vett. Benenatus vero, et poſt eum reliqui mutarunt, et cum fimplici ν fcripferunt.

v. 82. νεῖται veniet ad nuptias, parat fefe, vt iis interfit, iam iter illuc ingreditur. v. H. in Dian. v. 148. *Reiske.* Schol. ἔρχεται. Graeci, nec non Latini, tempore praefenti pro futuro vtuntur, vt Anna Fabri iam bene monuit. confer *Sanctii* Mineruam I. 14. 4. ibique Perizon *Ariſtophanis* Plutum 70. ibique Kuſter, *Viger.* de idiotismis Gr. L. V. 3. pag. 216. ibique Hoogeu. infra ad Pindar. 179. Denique, vt Erneſti monet, ἤλασε, (ab ἐλάυνω,) ***percuſſit***, verbum proprium in hac re eſſe, oftendit Homeri locus Odyſſ. τ'. 393. Οὐλὴν, τήν ποτέ μιν σῦς ἤλασε λευκῷ ὀδόντι.

v. 83. πίνδον. Stephan. quem Spanhem. fequitur, malit πίνδυ. Erneſti autem dorice πίνδω. De εὐαγκ. vide indicem.

Δαίνυεν εἰλαπίνας τις; ἐν ἀλλοτρίοις Ἐρυσίχθων.
Ἄγετό τις νύμφαν; Ἐρυσίχθονα δίσκος ἔτυψεν,
Ἢ ἔπεσ᾽ ἐξ ἵππων, ἢ ἐν Ὄθρυϊ ποίμνι᾽ ἀριθμεῖ.
Ἐνδόμυχος δ᾽ ἤπειτα πανάμερος εἰλαπιναστὰς
Ἤσθιε μυρία πάντα· κακὰ δ᾽ ἐξάλλετο γαστὴρ
Αἰεὶ μᾶλλον ἔδοντι. τὰ δ᾽ ἐς βυθὸν οἷα θαλάσσας
Ἀλεμάτως ἀχάριστα κατέῤῥεεν εἴδατα πάντα.
Ὡς δὲ Μίμαντι χιὼν, ὡς ἀελίῳ ἔνι πλαγγὼν,

v. 85. ἀλλότρια h. l. ſunt cauſſationes a re praeſente et a veritate rei alienae; breuibus, mendaces. Sententia eſt, perhibebatur Eryſichthon in rebus verſari, a quibus quam plurimum aberat. *Reiske.*

v. 87. ἵππων v. indic. *Othrys* eſt mons Theſſaliae. confer Spanhem.

v. 88. ἤπειτα eſt h. l. *interim* aut *nihilo minus tamen. Reiske.*

v. 89. Ἐξάλλεσθαι ſignificat *vehementem cupiditatem ventriculi improbi.* Sic enim κακὰ interpretantur Latini de fame. *Iuuen.* Sat. VI. 318. *Saltante libidine.* v. *Ernesti* et *Spanhem.* πάντα, confer ſupra Moſch. I. 6. ibique notam.

v. 91. Ἀλεμάτως dorice pro ἠλεμάτως: quod *Heſych.* interpretatur ματαίως, ἀχάριστα; eleganter vſurpatur. *Reiske.* „cibi ingrati ſunt, ait, aut quorum perceptionem nulla voluptas comitatur, aut nulla ſequitur ad nutritionem corporis vtilitas, cuius cauſſa tu iis gratiam debeas, aut, qui operae pretium non referant paſto, nullo commodo ſumtus in ſe factos luant„ κατερ. v. ſupra p. 114.

v. 92. πλαγγὼν, male πλαγκών. vide indicem. *Mimas* eſt mons in minore Aſia.

Καὶ τήτων ἔτι μεῖζον ἐτάκετο· μέσφ' ἐπὶ νευρὰς
Δειλαίῳ ἶνές τε καὶ ὀστέα μῶνον ἔλιφθεν.
95 Κλαῖε μὲν ἁ μάτηρ, βαρὺ δ' ἔστενον αἱ δύ' ἀδελφαί,
Χὼ μαστὸς, τὸν ἔπινε, καὶ αἱ δέκα, πολλάκι, δῶλαι.
Καὶ

v. 94. Quum νευραὶ et ἶνες nihil admodum differant, cl. Valckenar. corrigit, Δειλαίῳ ῥινός τε κ. ο. Sed ἶνες vix esse a peccante librario, censet cl. *Ernesti*, et cod. MS. Vossianus habet μέσφ' ἐνὶ πλευραῖς, quod Ernesti non displicet, si aut ἐπὶ fiat ex ἐνὶ, aut πλευραῖς pro πλευράς. Reiskius contra νεύροις in datiuo coniicit, et, „sententia est, inquit, carnes omnes defluebant et contabescebant, sola relinquebantur ossa, cum tendinibus musculorum, (quae sunt νεῦρα) et aridis villis quibusdam, qui ἶνες. ἐπὶ h. l. significat *vna cum, praeter*, si nempe tendines etiam in numerum veniunt.„ confer *Iuuenal.* XV. 100. *Sil. Ital.* II. 466.

v. 96. Πολλάκι est διὰ μέσυ, vt Grammatici Graeci loquuntur, referturque ad ἔστενε, quod interpunctione indicaui. Sed cl. Valckenarius hunc versum spurium iudicat. Est sane durum; μαστὸς ἔκλαιε. Sed nutricis commota est mentio, vt videbunt omnes, qui poetas cognouerunt. Et vsitatum est nutrices tali modo exprimere. Epigr. LIIII. ἀγαθὸν γάλα. *bona nutrix. Ernesti.* Sed contra interpunctionem viri venerabilis Reiskius haec monuit: „duo postrema commata dele. Nam, πολλάκι δέκα sunt decuriae ancillarum saepius atque saepius numerando iteratae, h. e. centenae. vel et millenae, vt H. in Dianam 33. 34. τρὶς δέκα *ter tenas*, erant triginta, et fragm. 120. pag. 488. ἑξάκι δοιὰ sexies duo duodecim, et H. in L. P. 23. δὶς ἑξήκοντα bis sexaginta, centum vingenti, et innumera talia alias.„

Καὶ δ' αὐτὸς Τριόπας πολιαῖς ἐπὶ χεῖρας ἔβαλλε,
Τοῖα τὸν οὐκ ἀΐοντα Ποσειδάωνα καλιστρέων·
Ψευδοπάτωρ, ἴδε τόνδε τεῦ τρίτον· εἴπερ ἐγὼ μὲν
Σεῦ τε καὶ Αἰολίδος Κανάκης γένος. αὐτὰρ ἐμεῖο
Τοῦτο τὸ δείλαιον γένετο βρέφος. αἴθε γὰρ αὐτὸν
Βλητὸν ὑπ' Ἀπόλλωνος ἐμαὶ χέρες ἐκτερέϊξαν·
Νῦν δὲ κακὰ βούβρωστις ἐν ὀφθαλμοῖσι κάθηται.
Ἤ οἱ ἀπόστασον χαλεπὰν νόσον, ἠέ μιν αὐτὸς
Βόσκε λαβών. ἀμαὶ γὰρ ἀπειρήκαντι τράπεζαι.
Χῆραι μὲν μάνδραι, κενεαὶ δέ μοι αὔλιες ἤδη
Τετραπόδων. ἤδη γὰρ ἀπηρνήσαντο μάγειροι.
Ἀλλὰ καὶ οὐρῆας μεγαλᾶν ὑπέλυσαν ἀμαξᾶν,
Καὶ τὰν βῶν ἔφαγεν, τὰν Ἑστίᾳ ἔτρεφε μάτηρ,

Καὶ

v. 98. τὸν οὐκ ἀΐοντα. Sic *Horat.* I. od. 2. *minus audientem carmina Vestam.*

v. 103. βουβρ. idem est, quod v. 66. scripsit. vide indicem. — καθῆται. *Ouid.* III. Trist. 9. 18. *Pallor in ore sedet.* Fortius et melius dicitur fames *in oculis* sedisse: et ex more veterum ac philosophia populari sedes famis in oculis quaeritur. vide supra ad Bion. I. 47. — οἱ ἀπόστασον, *ab illo discedere fac,* h. e. depelle. aor. enim in imperatiuo h. l. vti saepius, vim habet praesentis. vide *Vigerium* de idiotismis etc. V. 3. 12. pag. 219.

v. 105. βοσκε λαβ. Cum Spanheimio propter verba, quae consequuntur, malim interpretari: *si alimenta suppedita.*

v. 105. Lascar. apud Bandin. habet ἀπηρείκαντι.

v. 109. Nota bouem in honorem Vestae communis vrbis, vt Graeci subinde de ea loquuntur, seu Patrimae

Καὶ τὸν ἀεθλοφόρον καὶ τὸν πολεμήϊον ἵππον,
Καὶ τὰν αἴλουρον, τὰν ἔτρεμε θηρία μικκά.
Μέσφ' ὅτε μὲν Τριόπαο δόμοις ἔνι χρήματα κεῖτο,
Μῶνοι ἄρ' οἰκεῖοι θάλαμοι κακὸν ἠπίσαντο.
'Αλλ' ὅτε τὸν βαθὺν οἶκον ἀνεξήραινον ὀδόντες,

Καὶ

et domesticae. Atque hoc loco Cererem haud incommode posse intelligi, coniicit ad h. l. Spanhem. qui de Vesta Graecorum et de sacrificiis illi oblatis copiose agit. Apud Lascar. est ἔφαγε sine ν ἐφελκυστικῷ. cf. *Lessingii* Laocoon. pag. 255.

v. 110 ἵππον. Victorum in Circensibus equorum nomina, relata subinde in inscriptionibus antiquis; iidem coronati fuerunt in sacris Graeciae agonibus. v. *Spanheim.*

v. 111. τὰν - μικκά. Breuis haec pictura, hoc πάρεργον miram suauitatem et pretium adfert poesi. conf. Schneideri Anmerk. veber den Anacreon p. 104 - 109.

v. 113. ἄρ'. Hic obserues potestatem particulae huius ab *Hoogeu.* in tract. de particulis tom. I. p. 107. sqq. vberrime demonstratam. Respondet hoc loco τῷ *μέσφα, dum, quoad*: ἄρα vero inter alios, quos habet quam plurimos significatus, designat quoque effectum, quum dicitur, aliquid consequutum esse, v. Hoogeu. pag. 117. n. 2. aut quum de relatione temporis sermo est, ibidem pag. 115. Interpreteris igitur Μέσφα - *ἄρα, quamdiu - tamdiu. So lange als* - da *wusten* nur *allein.* Latet igitur aliquatenus prima significatio, qua intelligitur similitudo ad argumentationis genus; et descendit ab *ἄρω, orno, apto, firmo.* vide Hoogeu.

v. 114. βαθὺν h. l. significat, *abundantem, lautam, diuitem* v. Spanheim, et nos iam hoc verbum supra ad Mosch. II. 101. explicuimus. ἀναξηραίνειν est *eua-*

Καὶ τόθ᾽ ὁ τῶ βασιλῆος ἐνὶ τριόδοισι καθῆστο,
Αἰτίζων ἀκόλως τε καὶ ἔκβολα λύματα δαιτός.
Δάματερ, μὴ τῆνος ἐμὶν φίλος, ὅς τοι ἀπεχθής,
Εἴη, μηδ᾽ ὁμότοιχος· ἐμοὶ κακογείτονες ἐχθροί.
Εἴπατε παρθενικαί, καὶ ἐπιφθέγξασθε τεκοῖσαι,
Δάματερ μέγα χαῖρε. πολύτροφε, πολυμέδιμνε.
Χ᾽ ὡς αἱ τὶν κάλαθον λευκότριχες ἵπποι ἄγοντι
Τέσσα-

tuare: Schol. exponit ἔρημον ἐποίων. v. Theocrit. I. 57. et Hemsterh. ad Aristophan. Plut. p. 288. b.

v. 116. confer Hom. Od. ρ΄. 222. ibique Eustath. ἔκβολα λ. δ. *reiectaneas coenae sordes.* vide Spanh. et Ernesti.

v. 118. Piaculare olim apud Graecos habitum fuit, sub eodem tecto agere cum quopiam homicidii, aut alterius grauioris criminis reo, qui pollutus censebatur, aut cum eo cibum capere aut sacris interesse. v. Psalm. 139. 21. 22. *Demosthen.* de corona c. 88. p. 546. edit. a me curatae, Altenb. 1769. et Spanhem.

v. 119. τεκοῖσαι (aor. 2. part. act. a τίκτω) *parientes,* vel potius, in eo versantes, vt parerent. Aor. enim 2. ea vis saepius est, vt actum, conatum, voluntatem etc. inuoluat. *Xenoph.* Memor. Socr. I. 3. 4. εἴ τις αὐτὸν ἔπειθεν, *si quis suadere voluisset.* vide cl. *Hindenburgii* Animaduers. ad Xenoph. M. S. pag. 26. *Isocrates* Paneg. cap. 31. vbi vide elegantissimum Morum, pag. 78. κρατοῦντες αὐτῆς, *obtinere volentes,* id agentes, vt in fide teneremus.

v. 121. ὡς αἱ. Lascaris apud Bandin. edidit ὧσαι: de duplicato ὡς, vbi primum est pro οὕτως cl. *Valcken.* ad Euripid. Phoen. p. 315. egit, adnotante cl. *Ernesti.* Albi igitur equi, iique quadrigarii calathum in hac pompa Cereali ducebant; ἄγοντι, dorice pro ἄγουσι.

Τέσσαρες· ὡς ἁμῖν μεγάλα θεὸς εὐρυάνασσα,
Λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος, καὶ χεῖμα φέροισα,
Ἡξεῖ, καὶ φθινόπωρον, ἔτος δ' εἰς ἄλλο φυλαξεῖ.
Ὡς δ' ἀπεδίλωτοι καὶ ἀνάμπυκες ἄσυ πατεῦμες,
Ὡς πόδας, ὡς κεφαλὰς παναπηρέας ἕξομες αἰεί.

Ὡς

Conf. Spanhem. ad h. et ſeqq. verſus. Quia vero quatuor anni tempora moderatur Ceres, et quatuor illis temporibus, nempe tempore arandi et vertendi terram; tum ſationis, tum meſſis; tum denique poſt comportatas fruges et circa finem quoque hiemis inuocari ſolita fuit, illi quatuor albi equi ad fertilitatem et felicitatem temporis indicandam quatuor anni tempora deſignant.

v. 122. confer vers. 139. Omnium regina dicitur ab Euripide Phoeniſſ. vers. 691. quia Tellus fuit.

v. 123. φυλαξεῖ. de Dorismo accentus in vltima ſyllaba vide ſupra ad vers. 54. *Maittaire* de dialectis de h. l. pag. 220.

v. 125. Notabilis hic Callimachi locus de feminis ſacris operantibus aut pompae Cerealis comitibus: quod eae eſſent diſcalceatae et inprimis ſine vittis, quum in feſto Cereris omne luctus ſignum abeſſet, nec feminas deceret, pedem oſtendere. Sed ſermo eſt de iis, qui adclamationibus eam Cererem proſequebantur. vide Spanheim. hoc de ritu valde copioſum, et *Sagittarium* diſp. de Nudipedalibus vett. cap. II. in Syntagm. primo diſſert. philologicarum, Rotterod. 1699. Diſcalceatus etiam dicitur ἀσάνδαλος (vt ſupra Bion. I. 21.) ἀνυπόδητος, ἀπέδιλος, ἀνήλιπος, ſiue ἀνάλιπος apud Theocrit. III. 56. ἀνάμπυξ, ὁ, ἡ eſt, *vittam non habens.* Ἄμπυκα de proprio apud Lydos capitis ornamento adpellatum, notat Heſych. in λυδίῳ νόμῳ vt Spanh. obſeruat.

Ὡς αἱ λικνοφόροι χρυσῶ πλέα λίκνα φέροντι,
Ὡς ἄμμες τὸν χρυσὸν ἀφειδέα πασαίμεσθα.
Μέσφα τὰ τᾶς πόλιος πρυτανήϊα τὰς ἀτελέστως

Τᾶσδε

v. 127. vide ad vers. 1. et, si vis, Opuscula mea varii argumenti p. 493. 494. *auro plena*, h. e. *aurea.* Nam vanni aut ciſtae, λίκνα, caniſtraue ex auro facta erant. vide Spanhem.

v. 128. πασαιμ. correxit cl. *Erneſti* pro vulgari lectione πασσαιμεσθα. Eſt enim a πάομαι, *poſſideo,* quod in aoriſto non duplicat σ. vide etiam cl. *Valckenar.* animadu. ad Ammon. pag. 187. 188. eumd. ad Theocriti Adoniazus. v. 90. p. 383. et ſupra ad v. 69.

v. 129. 130. In Graecorum, aut Aſiaticis graecae originis vrbibus, non Athenis ſolum, olim erant erecta Prytanea, quae vulgo in vrbium penetralibus, ſeu in media earum parte ſita fuerunt. Hinc in Prytaneis quoque fuerunt Veſtae ſimulacra, ſtatusque ibidem eius cultus. Veſtae tamen eiusdem, quam primam dearum vocat Pindarus, primus erat in vrbibus graecis aut aſiaticis cultus. Ceres autem eadem eſt cum Tellure ſeu ἑστίᾳ. Alias ἀτέλεστοι dicuntur οἱ ἀμύητοι, *non initiati.* His latius explanatis a Spanhemio, hic ſenſus planus, ex interpretatione illius inſigniter probabili, eruitur: Mandat vates, vt his ſacris nondum initiatae per aetatem virginis ſeu ἀτέλεστοι, vsque ad vrbis Prytanaeum, in media vrbis parte ſeu eius penetrali ſitum, dumtaxat procederent: reliquae autem, vti mox dicetur, feminae iam initiatae, praeuio Veſtae, primae deorum, in eodem Prytaneo cultu, longius praeeuntem, de quo hic agitur, deae calathum ſeu Cerealem hanc pompam et ad fanum eius vsque comitentur, vbi ſollemnia illius ſacra ſtatis ritibus continuo

Τᾶσδε τελεσφορίας ποτὶ τὰν θεῦν ἄχρις ὁμαρτεῖν,
Αἴτινες ἐξήκοντα κατώτεραι· αἳ δὲ βαρεῖαι,

obeant. Verſum 130. Spanhemius duplici modo conſtruit: *Vel*, τὰς δὲ προσομαρτεῖν τὰν θεῦν ἄχρις τελεσφορίας, *illas vero* (initiatas nempe, easque, vt mox ſequitur, infra aut ſupra ſexagenarias) teneri *deam proſequi, vsque dum ſacrum illud peregerint*, v. 134. et Spanhemius ποτὶ ὁμαρτεῖν coniungit, pro προσομαρτεῖν; licet in fine melius coniunxerit, ἄχρις ποτὶ (dorice pro πρὸς) *vsque ad* —. *Vel* conſtruit τὰς δὲ ὁμαρτεῖν τελεσφορίας ἄχρις ποτὶ τὰν Θεῦν, *has autem*, nempe initiatas, *comitari ſacrum* Cereris *ſollemne*, *vsque ad deam*, ſeu *deae aedem*. Reliqua vide apud eumdem Spanhem. et Erneſti V. C. qui malit interpungi poſt ἀτελέστως, et poſtea legi τὰς δὲ τελεσφορίας, a τελεσφορεύς, vti iam partim viderat Spanhem. Dein Erneſti quoque ποτὶ τὰν θεῦν ἄχρις, explicat, *ad ipſum Cereris templum*, et laudat *Dorville* ad Chariton. pag. 401. *Reiske* locum hunc difficilem ita explicat: „Poſt Πρυτανήϊα punctum eſt collocandum: *donec erunt huius vrbis* (Argiuae puta) *curiae*. Tribui ſua cuique curia propria fuit. Deinde noua orditur ſententia. Τὰς ἀτελέστως τάσδε τελεσφορίας (ſcil. εὐχόμεθα) ποτὶ τὰν θεῦν ἄχρις ὁμαρτεῖν, rogamus, vt nobis haec des, vt, quae feminae huius ſacri fuerunt expertes, altero anno poſt perueniant, vsque ad aram, quae quidem intra ſexageſimum aetatis annum adhuc ſubſiſtant.„

v. 131. Apud Graecos in plurimis publicis muneribus diſcrimen vulgo illius aetatis muliebris factum eſt, earum nempe mulierum, quae LX annis maiores aut minores forent. v. *Spanheim.*

Χ' ἅτις Ἐλειθυίᾳ τείνει χέρα, χ' ἅτις ἐν ἄλγει,
Ὡς ἅλις, ὡς αὐτᾶν ἱκανὸν γόνυ. ταῖσι δὲ Δηὼ
Δωσεῖ πάντ' ἐπίμεστα, καὶ ὡς ποτὶ νηὸν ἵκωνται.
Χαῖρε θεά, καὶ τάνδε σάω πόλιν, ἔν θ' ὁμονίᾳ,
Ἔν τ' εὐηπελίᾳ· φέρε δ' ἀγρόθι νόστιμα πάντα.
Φέρβε βόας, φέρε μᾶλα· φέρε στάχυν, οἶσε θερισμόν·

Φέρβε

v. 132. χέρα. Partui proxima Lucinam, quae Ἐλείθυια, et Εἰλέιθυια vocatur, vt ei fit propitia, inuocat, feu ad eam, quod fupplices folent, manus tendit. — ἄλγει quae primis demum partus doloribus premitur. v. *Spanhem.* et *Wefterhou* ad Terentii Andr. III. 1. vers. 15.

v. 133. — ὡς ἅλις. fubaudi ταύτας εὐχόμεθα vel ταυτὰς χρὴ ὁμαρτεῖν πρὸς τὸν τῆς θεᾶς ναὸν, ὥστε ἅλις εἶναι, καὶ ὡς αὐτῶν ἑκάστης δύναται τὸ γόνυ ἐξικνεῖσθαι. *Reiske.* vt, quantum illarum, (αὐτᾶν, dor. pro αὐτῶν) genua apta fint; h. e. quantum vires illarum fuftineant, patiantur. De Δηὼ v. indicem.

v. 134. — ἵκωνται. Ceres omnia illis cumulate dabit, non fecus ac fi ad templum vfque fe comitatae effent. v. Stephan. et reliquos interpretes.

v. 136. Bandinius etiam habet εὐημερίᾳ: vti praeter alios Spanhemius, qui voc. illo tranquillum ac profperum vrbis et ciuium ftatum intelligit, et vberius interpretatur. At enim Ernefti e codd. MSS. et edit. Ald. reduxit lectionem, εὐηπελίᾳ, et fic iam Lafcaris εὐηπελίᾳ exhibuit, notante Bandin. De εὐηπελίᾳ vide interpretes ad Hefych. fub h. voc.

v. 137. μᾶλα capit ven. *Ernefti* de fructibus arboreis, et reftituit φέρε. ac prouocat de voc. μᾶλα

φέρβε καὶ εἰράναν, ἵν', ὃς ἄροσε, κεῖνος ἀμασεῖ.
Ἵλαθί μοι τρίλλιστε μέγα κρείσσα θεάων.

ΠΙΝ-

pro fructibus, arboribus, ad *Arnaldi* Animad. p. 84. et *Graeuii* lect. Hesiod. cap. 3. pag. 16. *Reiske* haec adnotauit. „Φέρε an φέρβε μᾶλα legatur, ciccum non intereſſe ad metrum exiſtimo; ſed ad ſententiam intereſt. Φέρε μῆλα eſt, *fer poma*, ſeu largire magnam copiam fructuum in hortis et vineis prouenientium. φέρβε μῆλα autem eſt, *largire vberem prouentum pecoris ouilli et caprilli*.„ Μᾶλα dor. pro μῆλα. φέρβω autem eſt, *paſco, alo*.

v. 138. ἀμασεῖ, ab ἀμάω, *meto*. Laſcaris et alii ἀμάσσει. Sed prior lectio verior eſt, iudice Erneſtio. ἵνα enim habet futurum vt ὅπως, in primis cum ſermo eſt, vt hoc loco de re futura, diciturque, ἐκβατικῶς, de euentu, non conſilio. De circumflexu in vltima ſyllaba vide ad vers. 54. εἰραν, vide Spanh. ad h. l. *Tibull*. III. 10. 67. ibique Brouckh.

v. 139. κρείσσα. *Erneſti* ſcribendum cenſet κρείουσα, vt eſt apud *Pindar*. Pyth. VIIII. 30. conf. v. 122. *regina dearum*, h. e. e numero dearum, vel dea multipotens. vide Spanhem. — ἵλαθι ab ἱλάω ſiue ἵλημι, *ſis propitia*: formula precandi haec frequens eſt. vide Spanheim. adde Theocrit. Adoniaz. v. 143. ibique Valcken. pag. 414. et Scholiaſt. qui, ἵλαθι, ait, ἀντὶ τοῦ ἱλάθητι, κατὰ ἀποκοπὴν, δωρικῶς.





ΠΙΝΔΑΡΟΥ *)

ΟΛΥΜΠΙΑ **)

ΕΙΔΟΣ α'

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙῼ ΚΕΛΗΤΙ ***)

στροφὴ α'. κώλων ιζ'.

HIERONI SYRACVSANO EQVO CELETE VICTORI Ode I.

*) *Pindarus* Thebis natus anno I. Olympiados LXV. ante Chriſtum 519. patre Daiphanto, vel ſecundum alios, Scopelino, a patre primum, vt et a matre Myrto tibiam didicit. Mature excelluit, at tamen iuuenis a Corinna poetria quinquies victus fuiſſe dicitur: poſtea tamen, in primis anno fere XXXX. aetatis Olympiad. LXXV. ſub expeditionem Xerxis et Perſarum in Graeciam, admodum inclaruiſſe, et τῶν μελοποιῶν ἀκμάζοντα fuiſſe, teſtatur Diodorus Siculus. Summa floruit auctoritate non ſolum apud populares, ſed etiam apud exteros: neque tamen, vt fieri ſolet, defuit obtrectatio. Quamdiu autem in viuis fuerit, variant auctores. Secundum Hambergerum vixit adhuc A. M. 3559. a Ch. 425. Poſt mortem quoque praeclara fuit de eo opinio. Alexander enim M. quum Thebas ſolo aequaret, multa millia hominum aut interfeciſſet, aut in captiuitatem abduxiſſet, Pindari vatis familiae penatibusque iuſſit parci. *Quinctilianus* Inſtitt. Orat. X. cap. 1. mirifice eum laudat et commendat: *nouem*, inquit, *Lyricorum longe Pindarus princeps, ſpiritu, magnificentia, ſententiis, figuris: beatiſſimus rerum verborumque copia et velut quodam eloquentiae flumine, propter quae Horatius nemini credit eum*

imitabilem. Adde ſuperbum *Horatii* iudicium de eo libr. IIII. od. 2. Plura vide in Schmidii Prolegomenis et Biographia claſſica, tom. I. ex interpretatione Sam. Murſinae, Halae Saxon. 1767. p 79. ſqq. Nos vero ſequuti ſumus exemplar: *Pindari Olympia, Nemea, Pythia, Iſthmia vna cum Latina omnium verſione carmine lyrico per Nicolaum Sudorium.* Oxonii e theatro Scheldoniano 1697. in form. max. contulimus praeterea *Stephani.* Pindari Olympia etc. 1560. *Cratan.* Tigur. 1526. *Commelinam* 1588. *Eraſ. Schmidii* editiones 1616. et cel. *Chriſtiani Gottlob. Heyne* Goettingae 1773. Tum *Io. Cornelii de Paw notas in Pindari Olympia etc.* Traiecti ad Rhen. 1747. in 8. in quibus auctor more ſuo multa corrigere auſus eſt. Quem laudauit Pindarus Hieronem, hic fuit Syracuſius Rex ſeu Tyrannus, de quo conſulas Aelian. libr. VIIII. cap. I. Laudat Hieronem quod in Olympiis vicerit. Exordium a comparatis ducit, inde perſonam laudat a iuſtitia, loco, muſica, equo Pherenico, quo vicerat; de Pelope et Tantalo vera narrare vult taxatis fabulis, de diis enim honeſte ſentiendum admonet. Comprecatione concludit, vt Deus Hieronem in dignitate, et poetam in ſtudio carminis Lyrici conſeruet: vt verbis *Benedicti Aretii* in *Commentariis abſolutiſſimis in Pindari Olympia etc.* (1587.) p. 20. vtamur. Da hac oda, quam typis exſcribi fecimus, et de Pindaro conf. *Batteux* et *Ramler* in Einleitung in die ſchönen Wiſſenſchaften. vol. III. pag. 35. ſeq.

**) Ex Schmidii Prolegomenis paucula excerpere liceat in gratiam eorum, qui raram illius editionem ad manus non habent. Quatuor praecipui et maxime ſollemnes Graeciae ludi fuerunt, Olympii, Pythii, Nemei et Iſthmii. Olympii in honorem Iouis: Pythii vero, Apollinis: Nemei, initio Archemori, poſtea Iouis: Iſthmii, Palaemonis initio, poſtea Neptuni, fuerunt celebrati. Priores duo tetraëterici, ſeu quarto

quoque anno elapſo: poſteriores duo trieterici, ſeu tertio quoque anno praeterito fuerunt celebrati. Olympici victores, olea, vel vt alii volunt, oleaſtro: Pythici, lauro: Nemei, apio: Iſthmici, pinu coronabantur. Olympiorum originem explicat Pauſan. libr. V. cap. 7. 8. 9. pag. 391. ſqq. edit. Kuhnii. Ab Hercule Idaeo in honorem Iouis Olympii, vnde locum Olympiam nominarat, primum fuerunt inſtituti. Pelops, victo Oenomao, rege Piſae, et ducta Hippodamia eius filia, omnium, qui ante ſe fuiſſent, maxime memorabiles ludos Ioui Olympio fecit. Iphitus ludos in Olympia per quadringentos prope annos intermiſſos renouauit, monente Apolline, ordinauit, nundinas indixit, et Graecia ſeditionibus ac peſtilentia prope deleta, ludorum cauſſa inducias inſtituit. Conueniebat autem ad celebritatem Olympicam omnis Graecia vna et exterae nationes ex Aegypto, Lybia, Sicilia etc. quae tamen ad deliberationes de rebus Graeciae non admittebantur, ſed tantum ad certamina: et quidem quarto quoque anno exacto, in plenilunio eius menſis, cuius nouilunium proxime ad Solſtitium aeſtiuum accedebat, quem ἑκατομβαιῶνα Athenienſes nominarunt, ad Olympiam, oppidum Elidis, ad Alpheum fluuium, non procul a Piſa. (conf. Dodwell de veteribus Graecorum Romanorumque Cyclis diſſ. IIII.) Habebantur ibi comitia et deliberationes de rebus ad totius Graeciae commodum ſpectantibus, itidem de anni forma et intercalationis ratione agebatur et ad vulgus referebatur. Simul ſpectacula exhibebantur, certamina inſtituebantur varii generis et victoribus (Ὀλυμπιονίκαις) tribuebantur praemia, n. coronae ex Oleaſtro, quod Hercules Idaeus, auctor horum certaminum, oleaſtrum ex Hyperboreis in Graeciam intuliſſe fertur. Atque ad poſticum templi Olympici verſus dextram, κότινον ſiue Oleaſtrum fuiſſe, quem ἐλαίαν καλλιστέφανον ad-

1 Ἄριστον μὲν ὕδωρ· ὁ δὲ

Χρυσὸς

pellarunt, ex quo Hercules primus coronatus eſt, et reliquis etiam victoribus coronas decerpere ſollemne fuit, eumque religioſe cuſtoditum fuiſſe Plin. XVI. cap. 44. teſtatur. Victores autem, quamquam praeter coronam ex oleaſtro nihil ſecum reportarunt domum, ſumma tamen apud ſuos, quin in tota Graecia floruerunt dignitate et honoribus, et alia habuerunt commoda. Eorum nomina in Olympico Gymnaſio conſcripta fuerunt. Victorum proclamatio fiebat per praeconem: atque ciuitates non ſolum de ciuibus victoribus gloriati ſunt, ſed multos quoque corruperunt multa pecunia, vt victores, patria ſua quaſi abnegata, alius cuiusdam ciuitatis ſe ciues profiterentur: at hi non ſemper impune abierunt. Iudices, ἀθλοθέται, videbant caute, ne dolo malitiaque aliorum decepti, praemia iniuſte diſtribuerent, et aequi ſedebant prouidebantque, ne vlla fraus iniuriaue auctoritatem et dignitatem horum ludorum imminueret.

***) Hiero Dinomenis f. equo celete (κέλητι, i. e. vt Schmidius ait, *Sellario*, quem Suetonius in Caeſare vocat Deſultorium: alii Doſſuarium, qui currui nulli iungitur, *Ein vngeſattelt Reitpferd*, a κέλλειν, quod eſt τρέχειν) victor Ol. LXXIII. a vetere Grammatico et Schmidio traditur; perperam vero inquit cel Heyne, quantum quidem ex multis rationibus intelligi poteſt, Syracuſanus certe adſcribi non potuit ante Ol. LXXIIII. 1. qua Gelon frater Syracuſas occupauit, Gelae dominatione Hieroni relicta. Videtur adeo Ol. LXXV. victoria haec Olympiaca reportata eſſe. cf. Schol. ad vers. 35.

v. 1. Aqua eſt optima, h. e. inter quatuor elementa primum locum occupat, quod reliqua ex aqua oriuntur. Ex phyſica veterum explicandus eſt locus. Reliquis ergo ludis praeſtat quoque pari modo Olympicus.

Χρυσὸς, αἰθόμενον πῦρ
Ἅτε διαπρέπει νυ-
κτὶ, μεγάνορος ἔξοχα πλούτου·
Εἰ δ' ἄεθλα γαρύεν
Ἔλδεαι, φίλον ἦτορ,
Μηκέθ' ἁλίου σκόπει
Ἄλλο θαλπνότερον
Ἐν ἁμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον,
Ἐρήμας δι' αἰθέρος·
Μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα
Φέρτερον αὐδάσομεν·
Ὅθεν ὁ πολύφατος
Ὕμνος ἀμφιβάλλεται

v. 2. χρυσός. Conſtrue: ὁ δὲ χρυσὸς διαπρέπει μέγαν. ἔξοχα πλούτου, ἅτε πῦρ αἰθόμενον διαπρέπει νυκτί. vti Scholiaſtes iam docuit. Μεγάνορος autem varie explicant Scholiaſtae; al. τοῦ μεγάλως δυναμένου al. rectius ab effectu, quoniam diuitiae reddunt homines magnaminos, ſuperbos, arrogantes, quod auget fortunam hominum et facit, vt altiores ſumant ſpiritus, ποιοῦντος μείζονα φρονεῖν, τῶν καθηκόντων. *Damm* in Verſuch einer proſaiſchen Veberſetzung der griechiſchen Lieder des Pindar. (Berol. 1770. 8) reddidit, ***Mann - erhebenden.***

v. 10. ἐρήμας, ionice et attice femininum pro maſculino ἐρήμου. Aetherem vocat *deſertum* n. ab omnibus ſtellis, aut nebulis nubibusue, hoc eſt *ſerenum.* v. Schol.

v. 14. ἀμφιβάλλεται, h. l. *exornatur.* Schol. κοσμεῖται, ἢ περιγράφεται καὶ περιλαμβάνεται· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν στεφάνων.

Σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν
Κρόνȣ παῖδ', ἐς ἀφνεὰν ἱκομένȣς
Μάκαιραν Ἱέρωνος ἑςίαν·

Αντιςροφὴ ά. κώλων ιζ'.

Θεμιςεῖον ὃς ἀμφέπει
Σκᾶπτον ἐν πολυμάλῳ
Σικελίᾳ, δρέπων μὲν
Κορυφὰς ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν·
Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
Μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ,
Οἷα παίζομεν φίλαν
Ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ
Τράπεζαν. Ἀλλὰ Δωρίαν ἀ-
πὸ φόρμιγγα πασσάλου
Λάμβαν', εἴ τι τοι Πίσας τε
Καὶ Φερενίκου χάρις

Νόοι

v. 15. σοφοὶ nominantur poetae, vti apud Latinos *docti*. μητίεσι Steph.

v. 16. ἱκόμενοι quidam MSS. codd. et praestat; tunc αὐδάσομεν ἱκόμενοι ἐς ἀφνεαν — ἑςίαν iungenda sunt, reliquis in medio interiectis.

v. 18. ἀμφέπει. Schol. περιέπει, οἱονεὶ θεραπεύει.

v. 23. ἀγλ. Μȣσ. ἐν ἀώτῳ Schol. explicat πεπαίδευται τὴν μȣσικὴν, et μȣσ. ἐν ἀώτῳ reddit ἐν ταῖς ᾠδαῖς.

v. 26. δωρίαν φόρμιγγα, Doricam citharam sume, h. e. meditare carmen doricum, tale, opinor, quale Pindarus iam fecerat, aut ad quem modum citharam adaptare solebant poetae illi. v. 164. Schmid secundum scholiasten varias habet explicationes.

v. 29. Φερενίκȣ, quod nomen fuit equi victoris,

Νόον ὑπὸ γλυκυτά-
παις ἔθηκε φροντίσιν·
Ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο, δέμας
Ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων,
Κράτει δὲ προσέμιξε δεσπόταν

Ἐπῳδὸς ά. κώλων ιγ'.

Συρακόσιον, ἱπποχάρμαν
Βασιλῆα. λάμπει
Δέ οἱ κλέος παρ' εὐάνορι Λυδῷ
Πέλοπος ἀποικίᾳ· τοῦ μεγασθενὴς
Ἐράσσατο γαιάοχος Ποσειδᾶν,
Ἐπεί νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελεν
Κλωθὼ, ἐλέφαντι φαίδιμον

ἡ Πίσα, vrbs Elidis, prope Elidem et Olympiam, in Peloponneſo.

v. 32. Ἀλφεὸς, poet. pro: Ἀλφειὸς, fluuius Elidis, oriens in Arcadia, ex confluentia plurium fontium. v. Schmid.

v. 35. ἱπποχ. vide indicem.

v. 37. εὐάνορι — *apud generoſam Lydi Pelopis coloniam:* i. e. in Peloponneſo, in qua Pelopis filii, ex Elide eiecti, paſſim fuerunt diſperſi, quum antea diceretur Pelasgia. Pelopem Pindarus facit Lydium: a qua ſententia alii diſcedunt. vide Schol. Coloniam vero in has terras non deduxit ipſe Pelops, ſed cum aliis huc traductus fuit.

v. 39. Ποσειδᾶν dor. rectius Ald. et MSS. vulgo Ποσειδῶν. mox ἔξελε Stephan.

v. 41. Clotho inter Parcas colum fatalem geſtat et adplicat, et quaſi vitae principium habet. Apte

Ὦμον κεκαδμένον.
Ἦ θαύματα πολλά,
Καί πυ τι καὶ βροτῶν φρένας,
Ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον
Δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις
Ἐξαπατῶντι μῦθοι.

στροφὴ β'. κώλων ιζ'.

Χάρις δ', ἅπερ ἅπαντα τεύ-
χει τὰ μειλίχα θνατοῖς,
Ἐπιφέροισα τιμὰν,
Καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν
Ἔμμεναι τὸ πολλάκις.
Ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι
Μάρτυρες σοφώτατοι.
Ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν
Ἐοικὸς ἀμφὶ Δαιμόνων κα-
λά· μείων γὰρ αἰτία.

Τὰ

igitur nominatur, quod Pelopi initium vitae post elixationem reddidit.

v. 43. Omnes libri ante Schmidium θαῦμα τὰ πολλὰ, quod probat Heyne V. C. et ita iungendum censet. ἦ (κατὰ) τὰ πολλὰ (h. e. ἐπὶ τὸ πλεῖστον *saepe*) θαῦμα (h. e. τὸ θαυμάσιον) καὶ μῦθοι, δεδαιδαλμένοι (varie et artificiose exornatae, ab artifice Daedalo origine significatus sumta) ψεύδεσι ποικίλοις ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον ἐξαπατῶντι (dor. 3. plur. ind. praes. ab ἐξαπατάω) πού τι καὶ φρένας βροτῶν.

v. 44. φρένα Steph.

Υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ', ἀντί-
α προτέρων, φθέγξομαι,
Ὁπότ' ἐκάλεσε Πα-
τὴρ τὸν εὐνομώτατον
Ἐς ἔρανον, φίλαν τε Σίπυλον,
Ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,
Τότ' Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι,

ἀντιστροφὴ β'. κῶλον ιζ'.

Δαμέντα φρένας ἱμέρῳ,
Χρυσέαισί τ' ἀν' ἵπποις
Ὕπατον εὐρυτίμου
Ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι·
Ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ
Ἦλθε καὶ Γανυμήδης
Ζηνὶ τωὔτ' ἐπὶ χρέος.
Ὡς δ' ἄφαντος ἔπε-
λες, οὐδὲ ματρὶ πολλὰ μαιό-
μενοι φῶτες ἄγαγον·

Ἔννεπε

v. 58. ἀντία προτέρων dicam te alia ratione, quam me superiores poetae, qui te mortuum finxerunt: Schol. ἐναντία τοῖς τῶν πρότερων δόξαις ἐγκωμιάσω· ἀντὶ τοῦ ἐναντία καὶ ἕτερα, οἷς εἶπον οἱ πρότεροι ποιηταί, δοξάσω σε καὶ ἐρῶ.

v. 62. Sipylus est urbs et mons Lydiae.

v. 64. ἀγλαοτρίαιναν, tridente inclitum, est epitheton Neptuni, a τρίαινα tridens, quod est insigne Neptuni.

v. 66. χρυσέαισιν ἀν' Stephan. — ἵπποις cum curru aureo, vid. ind. et Schmid.

v. 73. ματρὶ, (dor. pro μητέρι) matri Euryanassae.

Ἔννεπε κρυφᾶ τις αὐτί-
κα φθονερῶν γειτόνων,
Ὕδατος ὅτι τε πυ-
ρὶ ζέοισαν ἀμφ' ἀκμὰν
Μαχαίρᾳ τάμον κατὰ μέλη,
Τραπέζαισί τ' ἀμφιδεύτατα κρεῶν
Σέθεν διεδάσαντο, καὶ φάγον.

ἐπῳδός

v. 78. *ζέοισαν ἀμφ' ἀκμὰν.*] Schol. qui habet ἐπ' explicat: *ἀντὶ τοῦ εἰς ὕδωρ ἀκμαίως ζέον, εἰς θερμόν.* — mox *τάμον* (pro *ἔταμον*, a *τέμνω*) n. miniſtri Tantali.

v. 80. *ἀμφιδεύτατα* Schmid. interpretatur vel ***minutiſſimas particulas***, a *δεύτατος* a primo remotiſſimus, poſtremus, ideoque minutiſſimus: vel ***cruentata, irrigata***, a *δεύω*. et duplicem hanc interpretationem iam habuit quidam Schol. At Athenaeus libr. XIIII. p. 637. C. legit *ἀμφὶ δεύτατα* (et ſic quoque dederunt libri quidam, tam manu, quam typis exſcripti, e. g. Stephan.) i. e. circa ſecundas menſas, ſeu conuiuii exitum: quae explicatio editoribus Oxonienſibus veriſimilior videtur: quia in ſecundis menſis adponuntur magnificentiſſima; inter quae Tantalus filium habuit. Paw vero p. 5. hanc lectionem atque interpretationem reiicit et legendum putat: *Τραπέζαισι τ' ἀμφὶ δεῦτα τὰ κρέων Σέθεν διεδάσαντο καὶ φάγον*, et *τὰ κρέα σέθεν δεῦτα* ſunt illi membra tua lebeti immerſa. Cel. Heyne *τραπέζαις ἀμφὶ* iungere malit, vt diſtributas carnes circa menſas innuat. *δεύτατα κρέων* extremae partes accipi poſſunt, quum humerus tantum conſumtus fuerit. Atque vnus ex ſchol. explicat: *ἔφαγον δεύτατα ὄντα τῷ σώματι. τουτέστι μετὰ τὸ σῶμα μέλη δεύτερα φαγεῖν ἔθηκαν, χεῖρας, πόδας καὶ τὴν κεφαλήν.*

ἐπῳδός β΄. κώλων ιγ΄.

Ἐμοὶ δ᾽ ἄπορα, γαστρίμαργον
Μακάρων τιν᾽ εἰπεῖν.
Ἀφίσαμαι. Ἀκέρδεια λέλογχεν
Θαμινὰ κακαγόρως. Εἰ δὲ δή τιν᾽ ἄν-
δρα θνατὸν Ὀλύμπȣ σκοποὶ ἐτίμα-
σαν, ἦν Τάνταλος ȣ̃τος. ἀλλὰ γὰρ κατα-
πέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυ-
νάσθη. κόρῳ δὲ ἕλεν
Ἄταν ὑπέροπλον,
Τάν οἱ πατὴρ ὑπερκρέμα-
σε, καρτερὸν αὐτῷ λίθον,

Τὸν

v. 83. μακάρων, epitheton eſt deorum, qui beatiſſimi cenſebantur, frequentiſſimum. Hinc Heſych. μάκαρες - ἅγιοι. De reliquo h. voc. vſu confer Sallier et Oudendorp. ad Thom. Magiſtr. p. 646.

v. 84. Ἀκέρδεια, v. indic. et voc. λέλογχε: et λέλογχε ſine ν ἐφελκ. Steph.

v. 86. ὀλ. σκοποὶ ſpeculatores, ſ. cuſtodes coeli h. e. coelites: loquutio, quae etiam in S. S. reperitur.

v. 87. καταπέψαι. v. indic. et Hom. Il. α. v. 81. vbi Schol. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐν γαστρὶ πλείονι χρόνῳ κατεχομένων σιτίων διὰ τὴν πέψιν τὴν ἐν αὐτῇ γινομένην, quem locum debeo Drakenb. ad Sil. It. II. 327. vide eumdem et Barth. ad Sil. VII. 403. XIV. 103. I. Frid. Gron. diatr. Stat. cap. 14. pag. 79. ſq. De ὄλβος et ὄλβιος v. interpretes ad Thom. Mag. pag. 646.

v. 88. κόρῳ *ſaturitate,* et bene interpretatur Schol. τῇ ὕβρει καὶ τῇ ἀλαζονίᾳ, *Uebermuth,* continuat metaphoram, quum ante dixiſſet καταπέψαι.

Τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν,
Εὐφροσύνας ἀλᾶται.
στροφὴ γ. κώλων ιζ'.
Ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον
Τοῦτον, ἐμπεδόμοχθον
Μετὰ τριῶν τέταρτον
Πόνον· Ἀθανάτων ὅτι κλέψαις
Ἁλίκεσσι συμπόταις
Νέκταρ ἀμβροσίαν τε
Δῶκεν, οἷσιν ἄφθιτον
Θέσσαν· εἰ δὲ θεὸν
Ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λαθέ-
μεν

v. 93. τὸν (dor. pro ὃν) μενοινῶν (a μενοινάω impetu animi incitatus cupio, Schol. κατὰ τὴν ψυχὴν ἔχων, al. ἐπιθυμῶν) κεφαλᾶς βαλεῖν. al. Schol. explicat, cupiebat omnibus viribus a capite suo *amoliri* ἀπώσασθαι, et quum non posset εὐφρος. ἀλᾶται, ἀντὶ τοῦ, ἐν πόνοις ἐστίν. alius ex schol. βαλεῖν interpretatur, Tantalum semper exspectasse lapidis lapsum, et metuisse, ne lapis delapsus eum occideret.

95. ἀπάλαμον *infelicem, auxilio carentem.* Schol. δεινόν· πρὸς ὃν οὐκ ἔστι παραμυθήσασθαι. περὶ οὗ οὐδεὶς δύναται αὐτῷ κατὰ χεῖρα ἐπαγαγεῖν βοήθειαν.

v. 96. ἐμπεδομ. constanter aerumnosum, h. e. continuum: μετὰ τρ. τεταρτ. quartum post tertium, h. e. sine vlla intermissione: ita facilius interpretatur cl. Heyne. Scholiast. aliique ex mythologia explicationis subsidia petunt atque argutantur.

v. 102. θέσσαν dor. pro ἔθεσαν. vide ad Mimn. I. 7.

v. 103. 104. λασέμεν (Schmidius: sed rectius ante

μεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.
Τοὔνεκα προῆκαν υἱὸν
Ἀθάνατοί οἱ πάλιν
Μετὰ τὸ ταχύποτμον
Αὖθις ἀνέρων ἔθνος.
Πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν
Λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,
Ἑτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον

ἀντιστροφὴ γ'. κώλων ιζ'.

Πισάτα παρὰ πατρὸς εὔ-
δοξον Ἱπποδάμειαν
Σχεθέμεν. Ἄγχι δ' ἐλθὼν
Πολιᾶς ἁλὸς οἶος ἐν ὄρφνᾳ,
Ἄπυεν βαρύκτυπον
Εὐτρίαιναν. ὁ δ' αὐτῷ

Πάρ'

eum Steph. et rel. λαθέμεν, dor. pro λαθεῖν) ἔρδων *clam facere.* v. ad Pythag. 59.

v. 109. conf. *Klotz* ad Tyrtaeum p. 24. 25.

v. 110. *Virgil.* VIII. Aen. 160. *Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta.*

v. 111. Paratae erant nuptiae, vel quod suo ipsius periculo parare potuit voluitque, aut ipsi a fato, aut cuilibet, qui de Hippodamia, Oenomai, regis Pisae, filia cum Oenomao quadrigis certare ausus fuerit, nec celeritatem et crudelitatem regis metuerit, paratae fuerunt. conf. Hygin. fab. 83.

v. 116. Ἄπυεν, *inclamabat* Schol. ἐφώνει, προσεκαλεῖτο, τουτέστιν, ηὔξατο τῷ Ποσειδῶνι ὁ Πέλοψ. Neptunum autem vocat βαρύκτυπον *grauistrepum*, ἀπὸ τοῦ κτύπου τῆς θαλάσσης.

Πάρ' ποσὶ σχεδὸν φάνη.
Τῷ μὲν εἶπε. Φίλι-
α δῶρα Κυπρίας, ἄγ', εἴ τι,
Ποσείδαον, ἐς χάριν
Τέλλεται, πέδασον ἔγχος
Οἰνομάου χάλκεον·
Ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτά-
των πόρευσον ἁρμάτων
Ἐς Ἆλιν, κράτει δὲ πέλασον,
Ἐπεὶ τρεῖς γε καὶ δέκ' ἄνδρας ὀλέσαις
Ἐρῶντας, ἀναβάλλεται γάμον

ἐπῳδὸς γ'. κώλων ιγ'.

Θυγατρός. Ὁ μέγας δὲ κίνδυ-
νος ἄναλκιν οὐ φῶ-
τα λαμβάνει. Θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα,
Τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ
Καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων
Καλῶν ἄμμορος; ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὗτος
Ἆθλος γ' ὑποκείσεται· τὺ δὲ
Πρᾶξιν φίλαν δίδοι.
Ὣς ἔννεπεν· οὐδ' ἀ-
κράντοις ἐφάψατ' ὦν ἔπεσ-
σι.

v. 127. ὀλέσαις dor. alii rectius. Heyne V. Cl. iam laudauit Gregor. de dialect. pag. 94. ed. Koen.

v. 131. οἷσιν. dat. ion. ab ὅς, *quibus.*

v. 133. ἕψοι. vide ad vers. 87. Schol. ἕψοι, ἀντὶ τοῦ ἕψοιτο. οὐ γὰρ ἕψοι τὶς τὸ γῆρας, ἀλλ' ἕψεται ὑπ' αὐτοῦ.

v. 134. καλῶν v. ad Pythag. 37.

v. 138. ἐφάψατ'. h. l. locum datiuo construitur: alioquin genitiuum regit, id quod etiam Scholiast.

σι. Τὸν μὲν ἀγάλλων Θεὸς,
Ἔδωκεν δίφρον χρύσεον, ἐν πτεροῖ-
σίν τ' ἀκάμαντας ἵππους.
στροφὴ δ'. κώλων ιζ'.
Ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν,
Παρθένον τε σύνευνον·
Τέκε δὲ λαγέτας ἕξ
Ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς.
Νῦν δ' ἐν αἱμακουρίαις

Ἀγλαα-

notauit. *Attigit verba non irrita*, h. e. Neptunus adnuit eius precibus, et Pelops vicit.

v. 139. ἀγάλλων, *ornans*, Schol. κοσμῶν καὶ αὔξων.

v. 141. ἐν πτεροῖσι *in alis*, audacter! celeritatem innuit. ἀκαμ. v. ad Homer. H. in Sol. v. 7.

v. 142. ἕλεν. vide ad Pythag. 25. *Superauit, vicit* Oenomaum (Oenomai robur, vt Herculis labor, apud Horat. periphrasis, apud poetas haud infrequens, esse potest: neque tamen βίαν otiosum esse, sed ad robur Oenomai, quo equorum celeritate vsus superiores certantes consequutus hasta valida transfixit, deberi arbitror referri) et *accepit*, virginem coniugem. Fraude autem Myrtili, aurigae Oenomai, qui ipse amauit Hippodamiam, et a Pelope muneribus et promissione corruptus est, victus est Oenomaus. vide Schmid. ad h. l. et Hygin. fab. 83.

v. 144. Τίκτειν, proprie de feminis, hoc vero loco de Pelope dicitur. ἃ τέκε Stephan. Cratand. al.

v 146. αἱμακουρίαις, iustis, inferiis. Secundum Schol. est vox Boeotica: Boeotes enim αἱμακουρίας vocant τὰ τῶν νεκρῶν ἐναγίσματα; idem bene obseruat vv. 146-150. periphrasin esse poeticam, pro; *mor-*

N

Ἀγλααῖσι μέμικται,
Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθεὶς,
Τύμβον ἀμφίπολον
Ἔχων πολυξενωτάτῳ πα-
ρὰ βωμῷ. Τὸ δὲ κλέος
Τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ὀ-
λυμπιάδων, ἐν δρόμοις

Πέλο-

tuus est. Alii deriuant a κούροις, vt obseruat Schmidius; solebant enim quotannis ephebi ad Pelopis sepulcrum flagellis caedi, et Pelopi tamquam libationem suum profundere sanguinem.

v. 149. Τύμβον, *tumulum.* Nonnulli autem, vt Schol. notat, volunt non sepulcrum, sed fanum Pelopis intelligi, cui ex institutione Herculis pronepotis, ante Iouem sacra facere Elei sunt soliti. De πόρῳ et κλιθεὶς vide indicem.

ἀμφίπολον *vndique ambitum,* vel quia circuiri posset, vndiquaque liberum; vel quia cursores ad tumulum Pelopis currebant; vel etiam propter frequentiam hominum in Olympiis congregatorum, siue certatorum siue spectatorum; (vide Schol. et Schmid.) vnde aram vocat πολυξενωτάτην *valde hospitalem* (vt Horatii voc. *hospitalis* vtar) hoc est, quae a multis hominibus frequentatur.

v. 152. δέδορκε: pertinet ad Medio-passiua, vt Kuster de verbis mediis pag. 156. dicit (cf. eumdem libr. pag. 256.) et hoc loco significat passiue in praesenti βλέπεται, *conspicitur,* καὶ ἀκούεται, ὅτι μακρόθεν ὁρᾶται τὸ κλέος, καὶ εἰς δεῖξιν πίπτει, vt ait Schol. aut alius: δέδορκεν, ἀντὶ τοῦ, πανταχῇ βλέπεται καὶ βοᾶται ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγών.

v. 153. δρόμοις, cursus certamen primum fuit. ἀκμαὶ repete ἐρίζονται, et Schol. interpretatur: τὸ ἀκό-

Πέλοπος, ἵνα ταχυ-
τὰς ποδῶν ἐρίζεται,
Ἀκμαί τ' ἰσχύος θρασύπονοι.
Ὁ νικῶν δὲ, λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον
Ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν,
ἀντιστροφὴ δ'. κώλων ιζ'.
Ἀέθλων γ' ἕνεκεν. Τὸ δ' αἰ-
εὶ παράμερον ἐσλὸν,
Ὕπατον ἔρχεται παν-
τὶ βροτῷ. Ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι

λυθον, αἱ ἀκμαὶ, αἱ ἰσχύες, ἀντὶ τȣ̃, ἔνθα καὶ δρόμοι, καὶ παλαὶ, καὶ παγκράτια, καὶ πυγμαί. Τȣ̃το γάρ ἐστι, τὸ θρασύπονοι ἀκμαὶ ἴσχυος.

v. 158. *μελιτόεσσαν εὐδίαν* mellitam ſerenitatem, h. e. reliquum vitae eſt iucundiſſimum, aut ἀντὶ τȣ̃ ἡδεῖαν ἀνάπαυσιν: al. Schol. ἐν εὐδίᾳ διάγει, ἡδόμενος ταῖς νίκαις. Sic εὐδίαν, *ſerenitatem* ſubſtantiue quoque explicat Heyne Pyth. V. 12. Apum vero et mellis comparatio frequens eſt apud ſcriptores vtriusque linguae. vide infra epigram.

v. 160. 161. *παράμερον* (dor. pro *παρήμερον*) ***quotidianum*** *ἔσλον* (dor. pro *ἐσθλὸν*) ***bonum.*** Klotz ad Tyrtaeum pag. 43. *παραμένον* corrigere voluit: quae vero lectio metro aduerſari, et *παράμερον* cum lyrico ſpiritu multo magis conuenire videtur cl. Heyne. Illud bonum, quia per reliquum vitae, ſingulis diebus iucundiſſime viuit victor, ob honorem et dignitatem victoriae, perpetuum, ſummum (*ὕπατον*) bonum eſt mortalibus, et ille dies, quo coronatur victor, eſt honorificentiſſimus. Critici autem veteres vario modo interpretati ſunt hos verſus. *ἔρχεται*, vt ***venit*** Latinorum, pro ***eſt,*** haud infrequens eſt.

Κεῖνον ἱππικῷ νόμῳ.
Ἀιοληΐδι μολπᾷ
Χρή. Πέποιθα δὲ ξένον
Μή τιν' ἀμφότερα
Καλῶν τε ἴδριν ἄλλον, ἢ δύ-
ναμιν κυριώτερον,
Τῶν γε νῦν, κλυταῖσι δαιδα-
λωσέμεν ὕμνων πτυχαῖς.
Θεὸς ἐπίτροπος ἐ-
ὼν, τεαῖσι μήδεται,
Ἔχων τοῦτο κῆδος, Ἱέρων,
Μερίμναισιν. Εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι,

Ἔτι

164. Ἀιοληΐδι μολπᾷ *aeolico cantu*, h. e. modo aeolio musico, ad quem lyram adaptarit. conf. vers. 26. veterem enim dialectum aeolicam eamdem fuisse, quae antiquitus esset dorica, ex Strabone obseruat Schmid.

v. 166. 167. Confido, me neminem, eorum saltem (γε) qui nunc sunt, celebrare posse alium, qui et virtute scientiaque, et potentia tantum valeat, quantum Hiero.

v. 170. πτυχαῖς strophis hymnorum. al. ex Schol. periphrasis hymni esse iudicat, iureque, si poesin lyricam consideres: alius putat, poetam respicere ad diuisionem huius carminis in στροφὰς, ἀντιστροφὰς et ἐπῳδάς.

v. 174. *Tuis prospicit curis*, h. e. faciet, vt victoriam reportes. μερίμνα enim, vt *cura* Latinorum, pro eo, cuius curam habemus, quod cupimus, animoque versamus, poni solet. Verba εἰ - λίποι alii referunt ad Pindarum, si deus, aut musa, aut vita (varia enim et diuersa est veterum interpretatio) me cito

Ἔτι γλυκυτέραν κεν ἔλπομαι
ἐπῳδὸς δ'. κώλων ιγ'.
Σὺν ἅρματι θοῷ κλεΐξειν,
Ἐπίκουρον εὑρὼν
Ὁδὸν λόγων, παρ' εὐδείελον ἐλθὼν
Κρόνιον. Ἐμοὶ μὲν ὦν Μοῖσα καρτερώ-
τατον βέλος ἀλκᾷ τρέφει. Ἐπ' ἄλλοι-

non destiterit: alii ad Hieronem: nisi te deus cito destituet; quadrigis vinces,-quod etiam factum est.

v. 176. κλεΐξειν, vel potius dorice, vt Rittershus. correxit κλεΐξεῖν, pro κλείσειν, a κλείω, *celebro.* σὺν ἅρμ. θοῷ, scil. νικήσαντα, *celeri curru vincentem.*

v. 178. εὐδείελον-κρόνιον scil. λόφον aut ὄρος, h. e. Olympiam: Nam Cronius, mons et promontorium Elidis prope Olympiam. Cronius dicebatur mons, quoniam Saturnus ibi cum Ioue de imperio coeli colluctatus dicitur. Εὐδείελον dicit, vel Soli expositum versus occasum, vel magis poetice, *excelsum.*

v. 179. Μὲν ὦν. (dor. pro οὖν) fiduciam h. l. innuit, atque adiuuat, et τρέφει positum videtur pro futuro, quia rem futuram, tamquam praesentem et certissimam intuetur menteque sagaci et diuiniore praeuidet: quae ratio scribendi auctoribus vtriusque linguae familiaris est. Verte: *mihi quidem, certe omnino,* (conf. Hoogeu. de particul. pag. 684.) *Musa alet.* conf. Cortium ad Sall. B. Iug. XIIII. 2. LXXXVII. 4. etc. Schrader. ad Musaeum pag. 49. 50. supra ad Callim. H. in Cerer. 82.

v. 180. *Validissimum robore telum nutrit Musa* (μοῖσα, dor. pro μοῦσα) valde audacter dictum: h. e. Musa vim poeticam atque ingenium alet mihi et seruabit solertissimum.

σι δ' ἄλλοι μεγάλοι· τὸ δ' ἔσχατον, κορυ-
φοῦται βασιλεῦσι. Μηκέτι
Πάπταινε πόρσιον.
Εἴη σέ τε τοῦτον
Ὑψοῦ χρόνον πατεῖν, ἐμέ
Τε τοσσάδε νικαφόροις
Ὁμιλεῖν, πρόφαντον σοφίᾳ καθ' Ἕλ-
λανας ἐόντα παντᾶ.

ΣΑ-

v. 181. ἔσχατον, *vltimum*, h. l. fupremum: alii aliis rebus clari funt et florent: in fumma autem felicitate conftituti funt reges. Nimis adulatur!

v. 183. πόρσιον poet. pro πωῤῥότερον longius, vlterius. Πάπταινε, Schol. περίβλεπε καὶ ζήτει. Hanc felicitatem, regis dignitatem confequutus, noli vlterius fpectare. Tu vero reliquum vitae hac fumma dignitate et felicitate fruaris.

v. 186. σοφίᾳ (Steph. al. σοφίαν) *fapientia*, h. e. arte atque ingenio poetico. παντᾶ, dorice pro πάντα, vti etiam quidam libri habent. vide Koen. ad Gregor. Corinth. pag. 95. Schmidius comparat illud Horat. I. 1. fin. *Quod fi me lyricis vatibus inferis, fublimi feriam fidera vertice.*





ΣΑΠΦΟΥΣ ΑΙΣΜΑ

Εἰς Ἀφροδίτην.

SAPPHVS ODE

IN VENEREM *)

*) De aetate *Sapphus* diſſentiunt ſcriptores tam veteres quam recentiores. Eam tamen circa Olympiad. 42. floruiſſe, conſentiunt. Vixiſſe illam ſub *Alyatte*, rege Lydiorum et Croeſi patre, teſtatur Athenaeus; ſub *Tarquinio Priſco*, Romanorum rege, ἱστοριῶν συναγωγὴ; Olympiade 44. Euſebius; Olympiade 42, Suidas. vide *Io. Chriſtiani Wolfii* vitam Sapphus Lesbiae, pag. III. et IV. cui probabile admodum videtur, eam natam fuiſſe Olymp. 36. vel 37. Patria *Sapphus* fuit *Mitylene*, ſeu *Mytilene*, hodie *Metelin* vulgo dicta, vrbs clariſſimae inſulae nobilis et amoenae *Lesbi*, ab Aeolibus habitatae, et inſulis Aſiae ad occidentalem oram adnumeratae. Poetriae noſter pater nominatur *Scamandronymus* ab Herodoto, Aeliano, (XII. V. H. cap. 19. vbi vide Perizon.) et Suida. Matrem habuit *Clidem* ſeu *Cloïdem*. Forma eius, facies et ſtatura ita deſcribuntur ab antiquis, vt neque inter formaſas, neque inter deformes feminas numerari poſſit. confer *Ouid.* Heroid. epiſt. XV. 31. vbi canens inducitur:

Si mihi difficilis formam natura negauit;
Ingenio formae damna rependo meae.
Sum breuis; at nomen, quod terras impleat omnes,
Eſt mihi: menſuram nominis ipſa fero.
Candida ſi non ſum, placuit Cepheïa Perſeo
Andromede, patriae fuſca colore ſuae. - - -
At, me cum legeres, etiam formoſa videbar:
Vnam iurabas vsque decere loqui.

Cantabam, memini; (meminerunt omnia amantes)
Oſcula cantanti tu mihi rapta dabas.

Vide quoque praeclaram ingenii laudem! quam vero turpiter commaculauit variis vitiis, animi impotentia obſcenaque libidine, qua non ſolum animum quotidie explere, ſed inſaniſſimas quoque amoris illecebras in carminibus ſubinde commemorare, omnibusque commendare ſolebat: inprimis inſano *Phaonis* Lesbii amore capta fuit, quem in Siciliam, amplexus eius fugientem, ſequuta, ſed illuſa atque deſtituta, eo furoris proceſſiſſe dicitur, vt amore illius ardens, de Leucate promontorio in mare ſe praecipitem daret. Fuerunt tamen, qui vel mitigarent ea, quae narrantur, vel excuſarent atque abſoluerent Sapphonem. Ingenium fuit ſplendidum, et ſuauitas, qua poemata condire ſolebat, ab omnibus omnis aeui eruditis hominibus celebrata fuit: metri Sapphici inuentrix dicitur, et memoria eius non ſolum in carminibus, quorum tamen minima pars ad noſtram peruenit aetatem, ſed etiam ab aliis tam in ſcriptis, quam in gemmis nummisque conſeruata et poſteritati tradita fuit. Plura vide de illa, quae alias decima Muſa dicebatur, apud *I. A. Fabricium* Biblioth. gr. libr. II. cap. 15. p. 563. et *Wolfium* in vita ſupra memorata: atque Wolfio illi debemus locupletiſſimam editionem, quae mihi admodum fructuoſa fuit, ad quam vero notis abunde inſtructam atque oneratam critices ſtudioſum ablego; eſt vero inſcripta: *Sapphus poetriae Lesbiae, fragmenta et elogia, quotquot in auctoribus antiquis graecis et latinis reperiuntur, cum virorum doctorum notis integris, cura et ſtudio Io. Chriſtiani Wolfii, in Gymnaſio Hamburgenſi Profeſſoris publici, qui vitam Sapphonis et indices adiecit*, Hamburgi 1733. in 4. Operis vero typographicis in typis deſcribendis has duabus odis dederam editionem Baxteri, (quippe qui illas Odis Anacreontis ſubiunxit) a Fiſchero

Ποικιλόθρον', 'αθανάτ' Αφροδίτα,
Παῖ Διὸς δολοπλόκε, λίσσομαί τε,
Μή μ' ἄσαισι, μηδ' ἀνίαισι δάμνα,
Πότνια, θύμον.
'Αλλὰ τυίδ' ἔλθ', αἴποκα κατ' ἐρῶτα

Lipſiae 1754. repetitam. Contuli praeter ea Carmina nouem illuſtrium feminarum et Lyricorum ex bibliotheca Fuluii Vrſini Antwerp. 1568.

v. 1. *ποικιλοθρ.* Vrſinus et Voſſius repererunt in membranis *ποικιλόφρον*, et poſterior, et alii, qui eum ſequuti ſunt, hanc in textu adoptarunt lectionem, a Baxtero et Vptono autem reiectam, quia idem ſit, quod et *δολοπλόκε*, *ταυτολόγως*. Baxter. interpretatur, *picto* ſcilicet *curru* Faber autem intelligit Venerem *praepotentem*, quae multos vbique gentium thronos habet, cuius numen et coelum et maria et Plutonis regna peruadit: aut etiam *floridam et varia veſte vtentem*: *Heſychius* enim *θρόνα* inquit, *ἄνθη καὶ τὰ ἐκ χρωμάτων ποικίλματα.* quae interpretatio poſterior mihi quidem placet; nam Venus ipſa eſt natura, praeſertim veris, quo flores veſtiunt agros et omnia reuireſcunt, vide quae ad Lucret. I. 1. in Anthol. lat. poet. ſcripſi.

Αφροδ. Apud Hudſon. Reg. I. et Colb. *Αφροδίταν.* Aldus et Voſſius habent *'Αφροδίτη.*

v. 2. *τὲ* Baxter repoſuit pro *σὲ*, *αἰολικῶς*; deinde cum Voſſio *ἄσαισι*, ſequutus ſcripturam *Aldi ἄσσαισι*; alii *ἄταισι*: denique in voce *θύμον* more aeolico accentum retrahendum cenſuit, ſicuti et in *κάλοι*, *στροῦθοι*, *πύκνα* et *πτέρα.*

v. 5. *τυίδ'* (aeolice, i. e. *ἐνταῦθα*) Vrſinus e codice Farnes. et Voſſius, aliique ita legunt pro *τῇδ'* et *Mait-*

Τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς (ἀΐοισα πόλλας)
Ἔκλυες, πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα
Χρύσεον ἦλθες.
Ἅρμ' ὑποζεύξασα, κάλοι δέ τ' ἄγον
Ὠκέες

taire de dialect. pag. 289. (vbi has quoque odas reperies) dedit τυί δ'.

ἄιποκα, aeolicum hoc vocab. repofuit Voffius, probante Baxtero, pro ἄιποτε. κατερῶτα, quod eft aeolicum pro καὶ ἑτέρωθε, Voffius legit, et Paw ad Hephaeft. p. 139. probat. Sed Baxter antiquam lectionem, κατ' ἐρῶτα retinet. *Tanaquil. Faber* graue vitium in metro, quod κατ' hoc loco longum effe deberet, cenfens, ita interpungit et emendat.

Ἀλλὰ τῇδ' ἔλθ', ἄιποτε, καδδ' ἔρωτα
Τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς ἄϊ', ἃς σὺ πολλάκ'
ἔκλυες.

Sed huc veni, fi quando alias; et per amorem audi meam vocem, quam tu ante hac exaudifti. ἄϊ' pro ἄιε *audi.* Mihi vero placet, vt Baxterus fcripfit, nifi forte, vt pro κατ' legas καδδ' poetice pro κατὰ δὲ.

v. 6. Aldus vitiofe edidit αἰδῶς quod vero antiquam eamque veram lectionem αὐδᾶς, aeolice pro αὐδᾶς, prodit, vt *Voffius* iam viderat. αὐδᾶς αἴοις, ἃς λακ' *Vrfinus.*

πολλὰς Baxterus, veftigia Aldini codicis, qui αἴοις ἀπόλας habet, fequutus, bene emendauit, vt in textu legitur: Voffio ἀΐσισα πύλλυ placuit.

v. 7-9. Aldus vitiofe dedit: ἐκλύευς — ἦλθευς — et ἄρμα.. Idem edidit σ' ἄγων, quod Baxter mutauit in τ' ἄγον.

Ὠκέες ςροῦθοι πτέρυγας μελαίνας,
Πύκνα δινῦντες πτέρ', ἀπ' ὠραν' ὠθέ-
ρος διὰ μέσσω.
Αἶψ' ἀλλ' ἐξίκοντο· τὺ δ', ὦ μάκαιρα,
Μειδιάσαισ' ἀθανάτῳ προσώπῳ,

Ἤρε'

v. 10 - 12. *Vrsinus* laudauit Athenaeum VIII. pag. 391. ed. Lugdun. vbi de pafferibus multa fcitu digna proferuntur, Venerisque currum ideo ab illis trahi, prodit Athenaeus, quoniam et ad Venerem promta eft haec auis et fecunda: ac *Wolfius* memorat, cur pafferes Veneri fint facri, copiofe exponere *Euftathium* ad Il. β. pag. 171. ed. Bafil. adde *Klotz* veber den Nutzen vnd Gebrauch alter gefchnittener Steine etc. pag. 202.

In Aldi Rhetoricis aliisque editis decimus et fequens verfus valde vitiofe funt exfcripti: πτέριγας pro πτέρυγας, alii exhibuerunt περίγας, quod Voffius audacter mutauit in περὶ γᾶς μελάινας: de Aldino δινῆντες fecit Voffius δινῦντες: qui etiam corruptam Aldi lectionem ὠρανῷ θέρος δ' ἄμευς πω bene mutauit in ἀπ' ὠραν' ὠθέρος etc. Ex quibus videmus, quomodo e veftigiis corruptae lectionis veram eruere poffimus. Vrfinus, quem Stephanus, Portus, et Faber fequuti funt, legit δινέοντες ἀπ' ὠράν' αἰθέρος. Vulgati δινεῦντες.

v. 13. Aldus, Vrfinus, Stephanus, aliique ἆψα δ' ἐξίκοντο, de quo *Voffius* ἆιψα ἀλλ' ἐξίκοντο fecit.

v. 14. μειθ. *Homero* pluribus locis dicitur Φιλομμειδὴς Odyff. θ', 362. ad quem locum *Clark, Ouid.* epift. XVI. 83. *Dulce Venus rifit*, excitauit, ad noftrumque Sapphus locum *Horatius* I. od. 2. v. 33. refpexiffe videtur Vrfino.

Ἤρε', ὅττι γ' ἦν τὸ πέπονθα, κ' ὅττι δ'
Ἦν τε κάλημμι.
Κ' ὅττι γ' ἐμῷ μάλιϛ' ἐθέλω γενέσθαι
Μαινόλᾳ θύμῳ, τίνα δ' αὖτε πειθῶ,
Καὶ σαγηνεῦσαν φιλότατα, τίς τ', ὦ
Ψαπφοῖ,

v. 15. Ἤρε' pro ἤρεο, et hoc ionice pro ἤρε, interrogabas. Deinde variant editores et codices. Vrsinus et Portus habent χ' ὅττι δεῦρο καλοῖμι. Aldus ὅττι δι' ἦντε κάλημμι, quod facile et, si quid video, bene mutauit Baxter in ὅττι δ' ἦν τε κάλημμι. Vossius legit ὅττι δήντε κάλλημμι.

v. 16. K' ὅττι, magis aeolice dicitur, quam χ' ὅττι, vti Vrsinus habet.

v. 17. Dionysius, in cuius Opp. tom. II. pag. 47. ed. Hudson. haec oda reperitur, habuerat, κὤτιγ' ἐμῷ μάλιϛα. θέλω γενέσθαι; sed flagitante metro iam Portus mutarat in χ' ὅττ' ἐμῷ μάλιϛ' ἐθέλω γενέσθαι. Vossius metu dactyli reposuit κ' ὅττ' ἐμῷ.

v. 18. Μαινόλᾳ (Aldus ediderat καινόλα) *insano, furioso*, vti *Wolfius* docet, idemque, epitheton Bacchi esse hoc vocabulum, probat testimoniis *Plutarchi* de ira cohibenda, tom. II. Opp. pag. 463. B. et *Eustathii* ad Iliad. Z. pag. 484. edit. Basil.

v. 19. Priusquam vsum voc. σαγην. ostendimus; de varietate lectionis pauca disputamus: Faber legendum censet, πείθω, *suasione impello*, non πειθῶ: deinde σαγήνευσ' ἂν (hoc est ἀνὰ) φιλότητα: et ita locum interpretatur: „Rogitabas, quid potissimum animo meo furenti fieri vellem: quem adolescentem in amorem suasionibus meis inducerem, aut reti amatorio captarem; addens hoc quoque, quis te iniuria afficit, quis tibi molestus est, mea Sappho? „*Vossius* legit

Ψαπφοῖ, ἀδικῆ;

Καὶ

πείθημαι σαγηνέσσαν φιλότητα, *Cuius, o Sappho, iterum capta amore teneris?* vt apud *Phaedr.* IV. 4. 4. *formosam* et *oculis venantem viros.* Baxter defendit αὖτε πειθῶ καὶ, et Theocriti, ait, Ἰυγξ dicitur interpreti graeco ad Idyll. II. Pharmaceutr. v. 17. Τῇ φύσει ἔχειν ἐρωτικήν τινα πειθώ natura sua habere quamdam amatoriam suadam. Non solum haec ὑποτύπωσις amantium, eorumque animi motuum, sed etiam translatus vocabuli σαγ. vsus creat lectori voluptatem: σαγήνη enim, *sagena*, *verriculum*, *euerriculum*, rete est piscatorium, ab euerrenda aqua sic adpellatum. Hinc σαγηνεῖν, vnde τὸ σαγηνεύειν est sagenari, aut pisces capere. Quemadmodum igitur piscatores sagena et retibus piscatoriis pisces venantur et capiunt: sic etiam amatores suis verborum illecebris et philtris eos capiunt, vel capere conantur, quorum amore flagrant: vti *Portus* iam pulcre obseruauit. Pari modo *Xenophon* mem. Socr. I. 2. §. 24. Ἀλκιβιάδης — ὑπὸ πολλῶν καὶ σεμνῶν θηρώμενος, ad quem loc. vide cl. *Ernesti.* Idem *Xenoph.* ib. II. cap. 17. pag. 89. sq. θηρᾶσθαι de comparandis amicis suauiter dicit, vbi vide cl. *Ernesti.* σαγηνεύειν autem non solum de piscibus et illecebris amantium; sed audacius quoque de capiendis et venandis hominibus, de occupandis et euertendis vrbibus: vide *Wolfium* ad Sapph. *Valckenar.* ad Herodot. III. pag. 273. *Wesseling* et *Gronou.* ad eund. libr. VI. pag. 451. vide quoque indicem.

φιλότατα, τίς τ' ὦ reposuit Baxterus pro lectione minus Aeolica φιλότητα τίς σ' ὦ.

v. 20. Aldus habet ψάπφα, quod *Baxter* in ψαπφοῖ mutarat. *Vossius* legerat Σαπφοῖ, vti Vrsinus dederat.

Καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει·
'Αι δὲ δῶρα μὴ δέκετ', ἀλλὰ δώσει·
'Αι δὲ μὴ φιλῇ, ταχέως φιλάσει,
Κ' ὤυκι ἐθέλοις.
'Ελθέ μοι καὶ νῦν, χαλεπᾶν δὲ λῦσον
'Εκ μεριμνᾶν· ὅσσα δέ μοι τελέσσαι
Θύμος ἱμέῤῥει, τέλεσον, τὺ δ' αὐτὰ
Σύμμαχος ἔσσο.

"Αισμα

v. 21. Aldus habet εἰ, pro αἰ. Anna Fabri exiſtimat, haec eſſe mere hiſtorica, atque oden ſcriptam eſſe, poſtquam Phaon, ad vitandas Sapphus illecebras ſe ex inſula Lesbo in Siciliam deportauerat.

v. 22. De Aldina lectione vitioſa δὲ κέτ' ἄλλα recte fecit *Voſſius* δέκετ' ἀλλὰ: δέχετ' Vrſin. et Baxter φιλήσει, quod Vrſinus quoque habuit, mutauit in aeolicum φιλάσει.

v. 23. pro φιλῇ Vrſin. habet φιλεῖ.

v. 24. In vulgatis editum eſt κ' ὅττε κελεύῃς, Vrſinus habet χ' ὅττι. In libris autem ſcriptis reperit Voſſius ἢ κὴ ἐθέλοις, quod verbum tantum mutauit in ἐθελλοις. Baxter ſequutus veſtigia codicis Aldini, κ' ὢυκ' ἐθέλος reſcripſit κ' ὤυκι ἐθέλοις.

v. 25. Aldus vitioſe edidit χαλεπὰν, λῦσαν. ἐκμέριμναν et τελέσαι, ſingulari σ. ἱμέῤῥει reſtituit Voſſius, quum in editis ſit ἱμείρει.

v. 28. In Aldino, geminato σ, τελεσσον vitioſe ſcribitur, vti etiam male in vulgatis ὅσα, τελέσαι, et ἔσο. Ceterum *Dionyſ. Halicarn.* in libr. laudato ex latina interpretatione, „Huius orationis, inquit, venuſtas et gratia ex contextu verborum et compoſitionis leuitate proficiſcitur. Nam verba ſibi inuicem adponuntur, et neceſſitudine quadam ac naturali coniunctione littera-

Ἆισμα εἰς Κόρην.

SAPPHVS CARMEN II *)
AD MVLIEREM ADAMATAM.

rum contexta implicantur. Mutis ſiquidem et ſemiuocalibus vocales per totam fere oden, quae praeponi ſoleant aut poſtponi, coaptantur. Sunt autem ſemiuocalium cum ſemiuocalibus vocaliumque inter ſe concurſus, qui ſonos perturbent, prorſus pauciſſimi. - - Iure facta eſt haec oratio inprimis et pulcre fluens et mollis; ſiquidem verborum ſtructura ſonum non reddit inquietum etc.„ Quantum igitur pretii et ſuauitatis in quacumque alia interpretatione huius carminis perit? Pari modo a ſuauiſſima ſtructura et litterarum ſono vinculoque mire laudatur initium Orationis Demoſthenicae de Corona. Nos vero, qui mollem illam dulcemque litterarum graecarum pronunciationem non habemus, illam venuſtatem vix adſequi et ſentire poſſumus. Iam ſi hominem graecum, in Graecia natum et eductum, hodienum audimus graece loquentem, ab Attico et vetere pronunciandi modo forſan multo deſciſcentem, in coniungendis, pronunciandis et emolliendis litteris et vocibus dulcedinem quamdam ſentiemus, et mobilem organorum quamdam leuitatem cognoſcemus, ita vt nos illis barbare et inficete loqui videamur.

*) *Longinus* περὶ ὕψυς, Sect. X. de veneribus, artificio, et naturali pulcritudine arteque ſoni in coniungendis litteris acutum tulit iudicium, quod *Wolfius* in Sapphus poetriae Lesbus fragmentis etc. (Hamburgi 1733.) pag. 58. ſeq cum variorum notis deſcribi fecit. In eadem Wolfii editione hoc carmen tot variorum obſeruationibus illuſtratum onuſtumue eſt, vt delectus eſſet haud facilis. Quare breuiores erimus, et lectores ad illam notarum nubem ablegamus: vbi etiam Catulli

Φαίνεταί Fοι τῆνος ἴσος θεοῖσιν
Ἔμμεν ὠνὴρ, ὅςις ἐναντίον τει
Ἰζάνει, καὶ πλασίον ἆδυ φωνεί-
σας ὑπακούει,
Καὶ γελοίσας ἱμερόεν, τό Fοι τὰν

Καρ-

(carm. LI.) interpretationem vel potius imitationem, *Ille mihi par esse Deo videtur etc.* et gallicam interpretationem *Boilauii Despraei* inuenies. *Pearce* ad Longin. comparauit Lucret. libr. III. v. 153. Virgil. Aen. IIII. 68. sqq. In *Gruteri* Lampad. tom. II. tom. III. et V. a variis explicitum est carmen nostrum mellitissimum: conf. quoque *I. H. Schurzfleisch* in Longino ad fidem codicum a Tollio omissorum recensito. Witteb. 1711. in 4.

v. 1. Fοι Vossianam emendationem pro μοῖ, reiicit Schurzfleisch loc. mem. μοῖ κεῖνος Vrsin. Felices a veteribus non diis tantum pares, sed etiam ipsi dii praedicabantur. *Euripides* in Hecuba v. 354. Electra apud *Sophoclem* v. 150. et *Wolf.* in not. pag. 230 *feliciter* amantes diis se aequare dicit, et ablegat ad *Zinzerling* promuls. critic. Iuuenil. cap. 40. pag. 117. conf. *Schrader* ad Musaeum pag. 151. sq.

v. 2. ὠνὴρ aeolice pro ὁ ἀνὴρ primus edidit *Vossius*; attamen, quod aeolismus tonum retrahit, densoque caret spiritu, Schurzfleisch mauult ὤνηρ.

v. 3-5. ἆδυ φων. Sic *Catullus*: *dulce* ridentem. *Horat.* I. od. 22. v. 23. *dulce* ridentem Lalagen amabo; *dulce* loquentem. *Lucret.* I. v. 36. *Tollius* laudat *Musaeum* v. 65. *Aristaenetum* libr. I. ep. I. pag. 6. qui vocem suauissimam et risum venustum coniungit: *Alciphron.* I. ep. 38. pag. 178. vbi vide Bergler. Ceterum in lectione γέλοισ. seu, vt Vrsinus aliique habent, γελώσας valde variant litigantque critici apud Wolfium. pro Fοι Vrsin. μοι. idemque mox ςήθεσιν.

Καρδίαν ἐν στάθεσιν ἐπτόασεν·
Ὡς ἴδον τε βρόγχον, ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς
Οὐδὲν ἔθ' ἥκει.
Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἔαγ', ἂν δὲ λεπτὸν

Αὐτί.

v. 6. **Καρδίαν.** conf. *Musaeum* v. 96. 97. ibique interpret. pag. 33. et forte noster Sapphus locus fulcit coniecturam *Francii*, qui in Musaeo Κραδίην coniecit.

v. 7. Quum vox non ad fauces; sed e faucibus veniat; edidit *Tollius* ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέας με φώνας Οὐδὲν ἔθ' ἥκει (aut aeolice ἔικει) quem sequitur Barnes. emendans; ὡς γὰρ εἶδόν σε, βραχέθεν με φωνᾶς Οὐδὲν ἔτ' ἦλθε. Sed enim si quis subtilius disputare velit, editionis Venet. lectio, quam Portus et Faber defendunt ὡς ἴδον σ' ὡς βρογχ. mihi quidem non adeo inepta videtur, quia Sapphus ante dixerat: *Cor in pectoribus obstupefecit,* ideo ex pectore in fauces prae anxietate quadam animi, vt quilibet in re inopinata aut admiranda ipse sentiet, vox venire quasi non potuit: atque tunc in posteriore ὡς subintelligitur εἰς aut πρὸς, quod notum est. vide cl. *Ernesti* ad Xenoph. II 7. pag. 99. eumdem ad Homer. Odyss. XVII. 218. *Klotz.* ad Tyrtaeum p. 81. Auctoritate tamen primae editionis et aliquot codd. Msst. *Pearce* legendum censet ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέως (aeolice pro βραχέως) με φωνᾶς. Vrsin. habet ἴδον γάρ σε, βραχέως ἐμ' αὐδᾶς, lectionem tamen codicis Vaticani βροχέως non spernendam esse censet.

v. 9. γλωσ. ἔαγ'. *Liuius* I. 25. certantibus Curiatiis et Horatiis, neutro, inquit, inclinata spe. *torpebat vox spiritusque.* *Statius* ad Catull. excitat Bion. IIII. v. 8. καμμὲν — ἔαγ' est pro μὲν κατέαγε, quod medium Ionicum praeteritum est pro κατῆγε a κατά-

'Αυτίκα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν,
'Οππάτεσσιν δ' ὐδὲν ὄρημι. βομβεῦ-
σιν δ' ἀκοαί Fοι.
Καδδ' ἴδρως ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ
Πᾶσαν ἄγρει. χλωροτέρη δὲ ποίας
'Εμμί, τεθνάκην δ' ὀλίγω δέοισα
Φαίνομαι ἄπνυς.

ANTI-

γνυμι, si vera haec est lectio, de qua magna lis inter codices et criticos. *Pearce* e codicibus legendum censet: 'Αλλὰ κἀν (pro καὶ ἐν) μὲν γλῶσσα ἔαγε, (se fregit) λέπτον δ' etc. de ἔαγε vide indicem.

v. 10. v. quae supra scripsimus ad *Anacreont.* XXVIIII. 20. βομβεῖν vsurpatur de tinnitu aurium. Aristaenet. II. ep. 13. vid. Wolf. pag. 230. et Schol. ad Aristoph. Plutum 538.

v. 11. 'Ομμάτεσσι - βομβεῦσ'
ἐνδ' ἀκοαί μοι
dedit Vrsinus.

v. 13. χέεται. Similes fere perturbationes exprimit Simaetha apud *Theocr.* Idyll. II. v. 103. 106. et *Lucret.* VI. v. 1181. *Tollio* et *Longopetraeo* obseruantibus. conf. *Dorvillii* ad Charit. p. 380. 381. longam obseruationem. *Nemes.* Ecl. II. 41. ibique Titium et supra ad Anacr. XXIX. 18.

v. 14. πᾶσαν αἱρεῖ fere in editionibus omnibus [sic e. g. in Vrsini fragm.] praeter primam, quae habet *Ἄγρει, χλωρωτέρα δὲ πόιας ἔμμι, quomodo et in codd. vett. Aeolicum ἀγρεῖ pro αἱρεῖ probant Vossius et Barnesius. verum ἄρρει pro αἱρεῖ mauult Tollius, quod Aeolum mos erat duplicare consonantes. *Hudson.*

v. 15. τεθνάκην aeolice pro τεθνᾶναι, vti Vrsin. habet, aut secundum *Tollium* τεθνάκην, vel vt Aeo-

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ ΣΙΔΩΝΙΟΥ *)

Ἐις Σαπφῶ

CARMEN.

Σαπφώ τοι κέυθεις, χθὼν Ἀιολὶ, τὴν μετὰ μούσαις
  ἀθανάτους θνατὰν μοῦσαν ἀειδομέναν.
Ἂν Κύπρις καὶ Ἔρως σύναμ' ἔτρεφον, ἧς μέτα Πειθῶ
  ἔπλεκ' ἀείζωον Πιερίδων ςέφανον,
Ἑλλάδι μὲν τέρψιν, σοὶ δὲ κλέος. ὦ τριέλικτον
  Μοῖραι δινεῦσαι νῆμα κατ' ἠλακάτας,
πῶς οὐκ ἐκλώσασθε πανάφθιτον ἦμαρ ἀοιδῷ
  ἄφθιτα μησαμένᾳ δῶρ' Ἑλικωνιάσι;

les et Dores, τεθνάκειν, a τεθνάκω quod a praeterito medio deriuatum, vt Aeoles folebant. In δέοισα variant codices, qui habent πιδεύσην, (vel potius 'πιδεύσην aeolice pro ἐπιδεύουσα ἄν.) πιδεύην, πιδεύκην. etc. Senſus: *a moriendo parum abfore, videor.* ὀλίγου Vrſin.

*) Addidi hoc et ſequens carmen ex *Anthologia graeca a Conſtantino Cephala* condita, atque Lipſiae 1754. a *Io. Iacobo Reiskio* edita, doctisque illuſtrata commentariis. Superius extat ibi pag. 70. *Antipater* autem *Sidonius*, aequalis Meleagro, vixit circa Olymp. 170. id, quod Reiskius pag. 185. vberius probat. idem pag. 117. notas quasdam addit criticas. Wolfius in Fragm. gr. pag. 160. dedit atque illuſtrauit hoc epigramma.



ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ *)

Εἰς Σαπφώ

CARMEN.

Οὐ γάρ σοί γε ὀλίζον ἐπὶ κλέος ὤπασε Μοῖρα
ἤματι, τῷ πρώτῳ φῶς ἴδες ἀελίω,
Σαπφοῖ, σοῖ γὰρ κλῆσιν ἐνείμαμεν ἄφθιτον ἔιμεν,
σὺν δὲ πατὴρ πάντων νεῦσεν ἐρισμάραγος
Μέλψεαι ἐν πάντεσσιν ἀοίδιμος ἀμερίοισιν,
ὐδὲ κλυτᾶς φάμας ἔσσεαι ἠπεδανά.

ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ **)

Μὴ ζήτει δέλτοις ἐν ἐμοῖς Πρίαμον παρὰ βωμοῖς,
Μηδὲ τὰ Μηδείης πένθεα καὶ Νιόβης·

Μηδ'

*) Reperitur hoc carmen apud *Reiskium* pag. 143. idem ille pag. 191. docet, *Antiphilum*, qui etiam *Byzantius* dicitur, ſub imperatoribus Nerone et Domitiano vixiſſe, et pag. 226. de lectione κλῆσιν ἐνείμαμεν, quam repoſuit, pauca diſputat. Wolfius, qui idem carmen in Fragmentis Sapphus etc. pag. 166. dedit, κῦδος ἐν ἀμῖν exhibuit, et carmen ibi incipit, ὀυκ ἄρα.

**) Duo *Stratonis*, de quo *Reiskius* et *Klotzius* in libris mox memorandis fuſius ſcripſerunt, Epigrammata ſubiiciam. Reiskius dedit prius in Notitia poetarum Anthologiae ſuae ſubiuncta, pag. 262. vbi de aetate Stratonis agit, et v. 1. melius legit δέλτοισιν ἐμαῖς, epigramma vero ita vertit: *Meis in libris ne queras velim Priamum aris aduolutum, neque Medeae Niobesue lugubres caſus, neque Ityn in thalamis, neque*

Μηδ' Ἴτυν ἐν θαλάμοις, καὶ ἀηδόνας ἐν πετάλοισιν.
Ταῦτα γὰρ οἱ πρότεροι πάντα χύδην ἔγραφον.
Ἀλλ' ἱλαραῖς χαρίτεσσι μεμιγμένον ἡδὺν ἔρωτα
Καὶ Βρόμιον· τούτοις δ' ὀφρύες ὐκ ἔπρεπον.

Τοῦ αὐτῦ. *)

Εἶδον ἐγώ τινα παῖδα ἐπανθοπλοκῦντα Κόρυμβον 1
Ἀντιπαρερχόμενος τὰ ςεφανηπλόκια·
Οὐδ' ἄτρωτα παρῆλθον, ἐπιςὰς δ' ἥσυχος αὐτῷ,
Φημί· πόσον πωλεῖς τὸν σὸν ἐμοὶ ςέφανον;

Philomelas inter frondes arborum. Maiqres haec ad taedium vsque vbere pertractarunt copia. Sed hilaribus iunctum Gratiis iucundum Amorem et Bacchum hic quaere. Illos autem ſupercilium et tetricus vultus haud decet. Klotzius dedit in *Stratonis aliorumque veterum poetarum graecorum Epigrammat. etc.* Altenb. 1764. pag. 47. et in praefatione de Stratone diſſeruit. *Ruhnkenius* ad Iulium Rufinian. pag. 260. additum Rutilio Lupo Lugd. Batau. 1768. ſcite comparauit cum alio epigrammate Anthol. Latin. Burmann. III. 192. pag. 632.

*) vide *Klotz.* pag. 48. Obſeruatt. Miſcell. Belg. vol. IIII. pag. 369. et *Schneideri* Periculum criticum in Anthologiam Conſtantini Cephalae cum editam tum ineditam. Lipſiae 1772. pag. 32. ſq. vbi et notas quasdam adſperſit criticas, et minus elegantem Wartoni (qui illud quoque edidit in Commentario ad Theocrit. vol. II. pag. 48.) verſionem typis repetendam curauit.

Μᾶλλον τῶν καλύκων ἐρυθραίνετο, καὶ κατακύψας
Φησί· μακρὰν χώρει, μή σε πατὴρ ἐσίδῃ.
Ὠνοῦμαι προφάσει ςεφάνους, καὶ οἴκαδ' ἀπελθὼν
Ἐςεφάνωσα θεȣ̀ς, κεῖνον ἐπευξάμενος.

Τοῦ αὐτȣ̃. *)

1 Νῦν ἔαρ εἶ, μετέπειτα θέρος, κἄπειτα τί μέλλεις
Κύριε βȣλεῦσαι· καὶ καλάμη γὰρ ἔσῃ.

ΡΟΕ-

*) vide *Klotz* pag. 50. et *Schneider*. in Periculo critico etc. pag. 37. alia comparauit atque explicuit similia epigrammata.



✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻

POETRIARVM AC POETARVM EPIGRAMMATA ET POEMATIA VARIA.

I.

IN ERINNAM ANTIPATRI. *)

Παυροεπὴς Ἤριννα καὶ ὀυ πολύμυθος ἀοιδαῖς,
  Ἀλλ' ἔλαχεν Μούσας τοῦτο τὸ βαιὸν ἔπος.
Τοιγάρτοι μνήμης ὀυκ ἤμβροτεν, ὀυδὲ μελαίνης
  Νυκτὸς ὑπὸ σκιερῇ κωλύεται πτέρυγι·
Αἱδ' ἀναρίθμητοι νεαρῶν σωρηδὸν ἀοιδῶν
  Μυριάδες λήθῃ, ξεῖνε, μαραινόμεθα.
Λωΐτερος κύκνου μικρὸς θρόος, ἠὲ κολοιῶν
  Κρωγμὸς ἐν ἐιαριναῖς κιδνάμενος νεφέλαις.

*) *Io. Christian. Wolfius* edidit Hamburgi (1734. in 4.) Poetriarum octo Erinnae, Myrus, Myrtidis, Corinnae, Telesillae, Praxillae, Nossidis, Anytae Fragmenta et Elogia, graece et latine cum variorum doctorum notis: e quibus quaedam in nostram Anthologiam transtulimus. De illis autem plura vide in *Reiskii* Notitia poetarum Antholog. et Olearii diss. de poëtriis Graecis, a Wolfio editioni Sapphus subnexa.

v. 3. ἤμβ. pro ἥμαρτεν. vt *Homer*. Il. έ. v. 287. et χ. v. 279.

v. 6. Has querelas apud quemnam poetam vel nostrae memoriae, etiam eos, qui ipsi graculis adnumerentur, non legis? v. Lucret. IIII. 185. Erinna versus 300 solum posteris reliquit.

v. 7. Cygnis comparari vates a poetis vtriusque linguae, inter omnes constat: atque auibus saepe com-

II. LEONIDAE.

1 Παρθενικὴν νεαοιδὸν ἐν ὑμνοπόλοισι μέλισσαν

Ἠριν.

parari poetas, docet *Barthius* ad Calpurnium ecl. VI. 1. obferuante *Klotzio* in Vindiciis Horatii. (Bremae 1764. pag. 94.) vbi idem teftimoniis *Pindari* probat, poetas fe cum aquilis audacius componere.

v. 1. Hac apum comparatione eleganti frequenter vfi funt veteres. *Wolfius* iam laudauit *Liban.* ep. 35. centuriae Wolfian. *Ariftaen.* II. ep. 21. *Agathium* in Anthol. IIII. cap. I. epigr. VI. *Ariftoph.* in eccles. v. 965. vbi comicus: O ludicrum, inquit, meum aureolum, mea cura, Veneris planta, μέλιττα Μȣσης. *Mufae apicula,* Gratiarum alumna, facies deliciarum. „Apes autem, inquit *Spanheim* in diff. IIII. de praeftantia et vfu numismat. pag 170. (vol. I. Londin. 1717.) ob multiplicem induftriam et mellis praeftantiam, fapientiae etiam et dignitatis fymbola, plurimi Graecorum Romanorumque numi arguunt.„ et *Klotzius* ad Tyrtaeum pag. 79. Solent, ait, antiqui poetae, vbi alicuius rei fuauitatem defcribere volunt, a melle comparationes repetere. Idem vir elegantiffimus obferuat pag. 78. Siren fymbolum eloquentiae fuiffe. vid. etiam cel. Io. Bened. Carpzou. de Paradoxo ftoico Ariftonis Chii. fect. II. cap. 2. pag. 274. Sil. It. II. 217. elegantem apum inftituit comparationem, ad quem locum *Drakenborch* docet *Hom.* Il. β. v. 86. populum ad concionem ruentem apibus ad flores volantibus; et Il. π'. v. 259. Achillis comites in proelium ruentes comparaffe vefpis, in eum, a quibus vexantur, impetum facientibus: *Ouidium* denique multitudinem feminarum ad fpectandos ludos euntium apibus ex alueario ad mel colligendum volantibus, libr. I. art. amat.

"Ηριννιαν, Μȣσῶν ἄνθεα δρεπτομένην,
"Αδης ἐις ὑμέναιον ἀνήρπασεν· ἦ ῥα τόδ' ἔμφρων
Ἐιπ' ἐτύμως ἁ παῖς, βάσκανος ἔσσ' Ἀΐδη.

III.

IX. ERINNAE IN IMAGINEM VIRGINIS.

Ἐξ ἀταλᾶν χειρῶν τάδε γράμματα· λῶστε Προμηθεῦ,
Ἐντὶ καὶ ἄνθρωποι τὶν ὁμαλοὶ σοφίαν.
Ταύταν γȣ̃ν ἐτύμως τὰν παρθένον ὅσις ἔγραψεν,
"Αικ' αὐδὰν ποτέθηκ', ἦς κ' Ἀγαθαρχὶς ὅλα.

v. 95. comparasse. confer etiam *Spanhem.* ad Callim. H. in Apollin. v. 66. *Lucret.* III. 11. *Horat.* IIII. od. 2. v. 27. et *Bogan.* in Hom. Ebraiz. pag. 13. *Muret.* var. lection. libr. 8. cap. I. pag. 277. Lugd. 1597. *Scalig.* Poetic. libr. V. pag. 706. sq.

v. 4. *βάσκανος* a *βασκάινω*, de quo egit *Lamb. Bos* Exercitt. in N. T. pag. 173. *βάσκω* in genere est *dico:* in specie, *maledico*, *obtrecto*: inde *βασκάινω*, *calumnior, adcuso*, hinc *βάσκανος* antiquitus *calumniator, sycophanta:* quia calumniae atque obtrectationes oriri solent ex inuidia, *βασκάινειν* notat quoque *inuidere*, et *βάσκανος*, *inuidus*, vt h. l. Hinc tertio est *fascinare*, quia is, qui fascinat, inuidet, aut inuidere videtur.

v. 1. *Brodaeus* ita exponit: Hoc Prometheu, tuarum manuum opus est, neque minus viuum, quam quos olim formasti homines. Erinna pictorem quempiam Prometheo comparans eximie commendat. *Iuuen.* Satyr. IIII. v. 132. *Lucian* de Prometh. tom. I. Opp. pag. 14. Καὶ ἀυτοὶ γὰρ Ἀθηναῖοι τȣ̀ς χυτρέας, καὶ

IIII.

MYRVS BYZANTIAE a) DONARIA *) VENERI REPOSITA.

1 Κεῖσαι δὴ χρυσέαν ὑπὸ παςάδα τὰν Ἀφροδίτας
Βότρυ, Διονύσε πληθόμενος ςαγόνι.
Οὐδ' ἔτι τοι μήτηρ ἐρατὸν περὶ κλῆμα βαλῦσα
Φύσει ὑπὲρ κρατὸς νεκτάρεον πέταλον.

V.

NOSSIDIS EPIGRAMMA *) II. IN IMAGINEM MVLIERIS.

1 Θαυμαρέτας μορφὰν ὁ πίναξ ἔχει· εὖγε τὸ γαῦρον
Τεῦξε, τὸ δ' ὡραῖον τῆς ἀγανοβλεφάρε·
Σαίνοι κέν σ' ἐσιδοῖσα καὶ οἰκοφύλαξ σκυλάκαινα,
Δέσποιναν μελάθρων οἰομένα ποθορῆν.

ANY-

ἰπνοποιὰς καὶ πάντας, ὅσοι πηλεργοὶ Προμηθέας ἀπεκάλεν. Duo priores verſus a felici audacia profecti, animoque commoto orti ſunt ſubito. Conſidera poetriam, imaginem ſedulo intuentem, et prae admiratione pictorem laudantem.

a) Vid. *Wolf.* pag. 34.

*) Haec donaria vocabantur *ἀναθήματα*, de quo vocabulo conſulas *Kypke* obss. ſacr. p. 316. et *Wolf.* in cur. philol. ad Rom. IX. 3. et ad Gal. I. 8.

v. 1. πας. v. indic.

*) Vid. *Wolfium* pag. 84.

v. 3. σαινοι. vid. indic.

ANYTAE TEGEATIDIS EPIGRAMMATA

IN AMYNTOREM. *)

Ἀΐδιον οὖδας ἔχει τόδ' Ἀμύντορα παῖδα Φιλίππυ,
Πολλὰ σιδηρείης **) χερσὶ θιγόντα μάχης.
Οὐδέ μιν ἀλγινόεσσα νόσος δόμον ἤγαγε νυκτὸς,
Ἀλλ' ὄλετ' ἀμφ' ἑτάρων σχὼν κυκλόεσσαν ἴτυν.

IN LOCVSTAM. *)

Οὐκ ἔτι λίγειά σε κατ' ἀφνεὸν Ἄκιδος οἶκον,
Ἀκρὶ, μελιζομέναν ὄψεται ἠέλιος.
Ἤδη γὰρ λειμῶνας ἐπὶ Κλυμένυ πεπότησαι,
Καὶ δροσερὰ χρυσέας ἄνθεα Περσεφόνας.

IN

*) vid. *Wolf.* pag. 98.

**) Malim σιδηρέιῃς, cum iota ſubſcripto, vt Brodaeus atque Obſopaeus verterunt, *robuſtis*, *ferreis*, h. e. armatis manibus: pari modo κρατερῇσι - παλαμῇσιν *validis manibus* apud *Moſchum* II. 13.

v. 3. νυκτὸς noctis h. e. *mortis* v. *Wolf.* ad h. l. et *Drakenb.* ad Sil. Ital. X. 173.

v. 4. ἀμφ' ἑτάρων. dum defendebat in pugna ſocios, vt Aiax ſuo clypeo Teucrum et alios ſocios defendiſſe legitur. vide Obſopaeum apud Wolfium.

*) v. *Wolfium* p. 104.

v. 1. ἀφν. *Ammon.* ſ. voc. πλέσιος — Ἄφνειος inquit, ὁ ἀπ' ἐνιαυτῦ τὴν τροφὴν συλλέγων. ἔνος γὰρ ὁ ἐνιαυτός.

v. 4. δροσ. Vrſinus legit δνοφερὰ, atros, caliginoſos.

IN PROARCHVM PRO PATRIA PVGNANDO OCCVMBENTEM. *)

1 Ἥβα μέν συ, Πρόαρχε, πεσὼν παίδων τάγε ματρὸς
Στήθεα ἐν δνοφερῷ πένθει ἔθυ φθίμενος.
Ἀλλὰ καλόν τοι ὕπερθεν ἔπος τόδε πέτρος ἀέιδει,
Ὡς ἔθανες πρὸ φίλας μαρνάμενος πατρίδος.

IN HIRCVM AENEVM. **)

1 Θάεο τὸν Βρομίυ κεραὸν τράγον, ὡς ἀγερώχως
Ὄμμα κατὰ λασίαν γαῦρον ἔχει γενύων.
Κυδιόοντ' ὅτι οὗ θάμ' ἐν οὔρεσιν ἀμφί περ ἔιδε,
Βόςρυχον ἐις ῥοδέαν Ναῒς ἔδεκτο χέρα.

EPI-

*) Vid. Wolf. pag. 114. et fupra ad Tyrtaeum, I.

**) v. Wolf. pag. 114.

v. 4. βόςρ. v. indic.



EPIGR. I. BASSI LOLLII. *)
IN GERMANICVM CAESARIS NEPOTEM NERONIS PATREM.

Κλειδοῦχοι **) νεκύων, πάσας ἀΐδαο κελεύθους I
Φράγνυτε, καὶ ϛομίοις κλεῖθρα δέχοισθε πύλαι. ***)
Ἀυτὸς ἐγὼν Ἀΐδας ἐνέπω, Γερμανικὸς ἄϛρων, ****)
Οὐκ ἐμὸς, οὐ χωρεῖ νῆα τόσην Ἀχέρων.

IIII.

*) Subiungimus quaedam epigrammata ex (*Io. Henr. Leichii*) *Sepulcralibus carminibus ex Anthologia M. S. Graecorum epigrammatum delectis cum versione latina et notis* (quas excerptas et contractas hic quoque exhibebimus) - - *Lipſ.* 1745. in 4.

**) Ex diis inferis κλειδοῦχοι ſeu κληδοῦχοι, Pluto, Aeacus, Cabiri, Hecate, alii fuere. vid. *Schwarz* diſp. de diis clauigeris etc.

***) Plato. in Axiocho pag. 1308. Τὰ πρόπυλα τῆς εἰς Πλούτωνος ὁδοῦ σιδηροῖς κλέιθροις καὶ κλεισὶν ὠχύρωται.

****) Sollemnis veterum adulatio, qua praeclaros homines inter aſtra referebant, eos in lactea via collocantes. *Manil.* Aſtronom. libr. I. v. 756. conf. *Klotz* ad Tyrt. pag. 112. et ſupra ad Sapph. II. 1.



IIII.

INSCRIPTIO SEPVLCRALIS NICAEAE EXSTANS PROPE LACVM IN OBELISCO. *)

Αὔχησον Νίκαια, τὸν ὀυρανομάκεα τύμβον,
Καὶ τὰν ἀελίῳ γείτονα πυραμίδα.
Ἁ τὸν ἐνὶ ζωοῖς βεβοαμένον ἱεροφάντα
Κρύπτει, ἀμετρήτῳ σάματι κρυπτόμενον.
Ἐςὶ Σακέρδωτος τόσον ἠρίον, ἐςὶ Σεουήρας
Μνᾶμα τόδ', ὦ γεῖτον οὐρανὸς, ὀυκ ἀΐδης.

V. ALI-

*) v. *Leich.* pag. 4. Illuſtrium et bene meritorum virorum ſepulcris imponebantur obeliſci, pyramidalem habentes formam; quaſi illuſtres illi homines humanam conditionem ſuperaſſent. Pyramides enim immortalitatis ſymbolum erant apud Aegyptios.

v. 1. οὐραν. v. *Muſaeum* v. 187. Splendida hac ſepultura ornati: πλήσια κεκλιμένοι dicuntur. *Anthol.* libr. III. cap. 6. 45.



V.

ALIVD.

Οὐράνιον τὸ μνᾶμα καὶ ἁ χρυσήλατος ἀκτὶς
'Ανδρὸς, ἴσον βιότῳ καὶ τάφον εὑραμένυ,
Ἄςροις γειτονέοντα· φέρει δ' ὅσον οὔτινα τύμβος
'Ανέρα, τὸν τελετᾶς ἱρανίδος ζάκορον.
Τὸν πάτραν ἐριπῦσαν ἀπὸ χθονὸς ὑψώσαντα,
Τὸν φρενὸς ἢ γλώσσης ἄκρα λαχόντα γέρα.
Ὧι περὶ δηρίσαντο, καὶ ἁ νέκυν ἐν πυρὶ θεῖσα
'Ατθὶς, χ' ἁ κόλποις ὀςέα δεξαμένα.

XII.

v. 1. v. *Leich.* pag. 6.

v. 5. Nicaeam terrae motu quater euerſam, Sacerdos reſtituit: et hoc epigramma ad Tiberii tempora, Leichio iudice, referri debet. quippe quo imperante, ruina vrbis illius nobiliſſimae fuit longe maxima atque atrociſſima, quod ea clariſſimae minoris Aſiae vrbes perculſae, imperatoris tamen beneficio et liberalitate breui ſunt inſtauratae. *Sueton.* Tiber. cap. 48.

ὑψωσ. Vrbes feminarum habitu manus et quaſi ſupplices voces Imperatoribus tendentes paſſim in antiquis numis occurrunt: nec minori laudi ducebatur collapſam vrbem reſtituere, quam nouam condere.



XII. IN ANTIPATRVM *) MELEAGRI.

Ἁ ςάλα, σύνθημα τί σοι γοργωπὸς ἀλέκτωρ
　Ἐς τὶ κελαινᾳ σκαπτροφόρος πτέρυγι.
Ποσσὶν ὑφαρπάζων νίκας κλάδον, ἄκρᾳ δ' ἐπ' αὐτᾶς
　Βαθμίδος προπεσὼν κέκλιται ἀςράγαλος.
Πρὸς δὲ τί λίθος ὁ τύμβος ἐπιπρέπει ἀνδρὶ πενιχρῷ,
　Ὄρνιθος κλαγγαῖς νυκτὸς ἀνεγρομένῳ;
Ὀυ δοκέω· σκᾶπτρον γὰρ ἀναίνεται· ἀλλὰ συ κεύθεις
　Ἀθλοφόρον νίκαν ποσσὶν ἀειράμενον.
Ὀυ ψάυω καὶ τῇδε, τί γὰρ ταχὺς ἔικελον ἀνὴρ
　Ἀςραγάλῳ; νῦν δὴ τ' ὠτρεκὲς ἐφρασάμην.
Φοῖνιξ μὲν νίκαν ἐνέπει, πάτραν τε μεγαυχῆ
　Ματέρα Φοινίκων τὰν πολύπαιδα Τύρον.
Ὄρνις δ' ὅττι γεγωνὸς ἀνὴρ· καί πυ περὶ Κύπριν
　　　　　　　　　　　　　　　　　Πρῶτος

*) Vixit paullo ante Ciceronis aetatem vide *Cic.* de orator. III. 50. in primis *Reiske* in notitia poetarum Anthologic. pag. 231. ſqq.

v. 1. ἀλεκτωρ. Gallus, ſceptrum ala, pedibus palmam geſtans, talo adpoſito, lapidi inſculptus erat, quorum ſignorum ſenſus his verſibus declaratur.

v. 12. Τύρον. Tyrium dicit Antipatrum, qui Sidonius eſt, vt Virgilius Sidoniam Didonem, quae Tyria erat. v. *Seruius* ad Virgil. Aeneid. I. v. 617.


v. 13. Amatoria Antipatri carmina coronae ſuae Philippus Theſſalonicenſis intexuit.

Πρῶτος ἔην μούσαις ποικίλος ὑμνοθέτας,
Σκᾶπτρα δ' ἔχει σύνθημα λόγου· θνάσκειν δὲ πεσόντα
Οἰνοβρεχῆ προπετὴς ἐννέπει ἀστράγαλος.
Καὶ δὴ σύμβολα ταῦτα. τόδ' ὄνομα πέτρος ἀείδει
Ἀντίπατρον προγόνων φύντα μετ' ἐρισθενέων.

XX.

v. 15. Mercurii caduceus eloquentiae imago a veteribus habebatur. πεσόντα v. *Valer. Maxim.* libr. 8. cap. 8.

v. 16. Οἰνοβρεχῆ. Erat in vetere alea inter iactus infelices, qui χῖος et οἶνος, Latine *unio* vocabatur, isque ſymbolum deinde fuit, non eorum modo, qui Chio orti erant, ſed etiam hominum, qui nimio potu mortem accelerauerant, et vino quaſi immortui erant, quod *Leich.* eleganti carmine Leonidae in Antholog. libr. III. cap. VI. confirmat.



XX. THEONIS ALEXANDRI
IN LENAEVM NAVFRAGVM *)

1 ʽΑλκυόσιν **), Λήναιε, μέλεις ***) τάχα, κωφὰ δὲ μήτηρ
Μύρεθ' †) ὑπὲρ κρυερῷ μυρομένη δὲ τάφῳ.

IN-

*) Vide Leich. pag. 27.

**) Fletu ac dolore consumti passim alcedinibus comparantur. Iphigenia apud *Euripidem* vers. 1089. sq. Homer. Iliad. I. v. 558.

***) *Curae est*: rarior forma nec alibi facile obuia videtur Leichio. *Nagelio*, V. C. in litteris ad me datis legendum videtur, μέλος, atque interpretandum: *Celeriter carmen* (es) *halcyonibus* etc. Oppositio vero haec: cito atque inopinato tibi *accinant* halcyones in mari versantes, (quibus natans occurris) contra mater tua (te priuata) *muta facta* (dolore) luget.

†) Non admodum eleganter μύρεσο et μυρομένη, duabus tantum interiectis vocibus, poni videntur Leichio; quum, etiamsi vltimum abesset, sensus integer plenusque foret. Sed ita solent interdum epigrammatum scriptores.





INTERPRETATIONES LATINAE

Theocriti Idyll. XI. ad pag. 79.

vide supra p. 79.

Nullum contra amorem natum eſt remedium aliud,
O Nicia, neque quod vel inungi vel aſpergi poſſit, vt opinor,
Quam Muſae. Leue hoc et iucundum
Naſcitur: inter homines quod tamen facile non eſt inuenire.
Puto autem ego bene noſſe te hoc, medicus cum ſis, et nouem Muſis eximie carus.
Sic Cyclops apud nos commode vixit,
Antiquus ille Polyphemus cum amaret Galateam
Iam primum pubeſcens circa os et tempora.
Amauit vero non roſis, aut pomis aut cincinnis,
Sed pernicioſis furiis. ducebat autem omnia poſt habenda.
Saepe oues ad ouile (ſine duce) ſua ſponte redibant
Ex viridi gramine: ipſe vero Galateam cantu celebrans
In ipſo algoſo litore conſumebatur
Inde vſque ab aurora: infenſiſſimum habens ſub pectore vulnus
A Venere potenti, quod telum illi in hepate fixerat.
Sed hoc remedium ille inuenit, ſedensque in rupe
Praecelſa, in mare proſpectans, talia canebat:
O candida Galatea, cur amantem reſpuis?
Candidior caſeo, cum aſpiceris: tenerior agno:
Vitulo laſciuior, ſplendidior vua immatura.
Soles vero huc venire, cum me dulcis ſomnus tenet:
Recedis vero ſtatim abiens, cum dulcis ſomnus me reliquit,
Fugisque velut ouis canum lupum conſpicata.

Amare te coepi puella tunc, cum primum
Venisti cum mea matre, volens hyacinthina folia
Ex monte decerpere; ego vero viae dux eram.
Neque, vbi te vidi, postea desinere, nec nunc quidem
Ab eo inde tempore potui: tu vero prorsus nihil per Iouem curas.
Scio, pulcra puella, quare me fugis:
Quia mihi hirsutum supercilium per totam frontem
Ab aure altera ad alteram protensum est aurem, vnum longum.
Vnus vero oculus subest, et latus nasus supra labra.
Verum ego ille, qui talis sum, oues mille pasco.
Et lac optimum, quod ex illis mulgetur, bibo.
Nec caseus mihi desit in aestate, neque in autumno.
Neque summa etiam hieme: fiscellae enim sunt oneratae semper.
Fistula vere melius canere noui, quam vllus hic Cyclopum,
Tecum, o carum dulce pomum, me ipsum quoque cantu celebrans
Idque saepe nocte intempesta. Alo tibi vndecim hinnulos,
Omnes foetus; et catulos quatuor vrsarum.
Sed veni tu ad me, habebis nil minus:
Glaucum vero mare sine litus ferire.
Iucundius in antro apud me noctem transiges.
Ibi sunt lauri, sunt procerae cupressi:
Est et nigra hedera: est vitis dulcissimos fructus ferens:
Est et gelida vnda, quam mihi nemorosa Aetna,
Ex candida niue, potum diuinum, ministrat.
Quis prae his in mari et fluctibus viuere malit?
Si vero ego videor tibi esse hirsutior,
Sunt mihi querna ligna et sub cinere ignis extinctus
Et perferre possum, vt etiam anima mea a te comburatur,

Et

Et vnicus ille oculus, quo mihi nihil dulcius eſt.
Hei mihi, quod mater non peperit me habentem branchias,
Vt ad te per vndas irem, ac manum tuam oſcularer;
Si quidem os non velles: adferrem vero tibi vel alba lilia,
Vel papauer tenerum, quod rubra crepitacula habet.
Atqui haec quidem in aeſtate, alia vero gignuntur hieme,
Vt omnia haec ſimul tibi offerre non poſſim.
Nunc profecto hic, o puella! natare diſcam,
Si quis hoſpes nauigans cum naue huc aduenerit,
Vt ſciam, quaenam voluptas vobis ſit habitare in profundo.
Egredere o Galatea, et egreſſa obliuiſcaris
(Sicut ego nunc hic ſedens) domum redire.
Paſcere vero vna mecum velis, et lac mulgere,
Et caſeum premere, acre coagulum immittens.
Mater me ſola iniuria afficit, et eam accuſo:
Nihil prorſus illa vmquam amabile tibi dixit de me.
Idque in dies videns me tenuem magis fieri.
Dicam mihi caput et ambos pedes meos
Dolere, vt crucietur: quoniam et ego crucior.
O Cyclops, Cyclops, quo tibi mens auolauit?
Si tu profectus calathos texeres, et teneras virgas metens
Agnis adferres, fortaſſe multo rectius ſaperes.
Mulge praeſentem: quid enim fugientem ſectaris?
Forte aliam inuenies Galateam, et quidem pulcriorem.
Multae puellae mecum de nocte colludere volunt:
Suauiter vero rident omnes, cum ipſis auſculto.
Nimirum et ego in terra aliquis videor eſſe.
Sic Polyphemus paſcebat amorem,
Cantans: ſuauius autem agebat, quam ſi aurum dediſſet.

vide ſupra p. 96.

THEOCRITI IDYLL. XVIIII.

Furem quondam Amorem infeſta punxit apicula,
Fauos ex aluearibus depraedantem: extremos vero
Digitos omnes confixit. At ille dolebat, manusque
inflabat:
Et terram pulſauit, et exiliit: atque Veneri
Oſtendit dolorem: et queſtus eſt, quod tam exilis
Beſtiola eſſet apis, et tanta vulnera faceret.
Mater autem ridens; Quid, *inquit*, an non tu ſimi-
lis eſt apibus?
Et cum paruus ſis, tamen vulnera tanta facis.

vide ſupra p. 104.

BIONIS IDYLL. I.

Lamentor Adonidem: interiit formoſus Adonis.
Periit formoſus Adonis, adlamentantur Amores.
Ne amplius purpureis in veſtibus, *Venus*, dormias:
Surge miſera pullata, et plange
Pectora, et dic omnibus, obiit formoſus Adonis.
Lamentor Adonidem: adlamentantur Amores.
Iacet formoſus Adonis in montibus, femur dente
Candidum candido dente percuſſus, et Venerem
dolore afficit
Tenuiter anhelans: ater vero ipſi cruor manat
Niueam per carnem: ſub ſuperciliis autem oculi torpent,
Et roſa (i. e. roſeus color) fugit labrorum: circaque illa
Moritur et ſuauium, quod nunquam Venus relinquet.
Veneri quidem ſuauium, etiam non amplius viuen-
tis, placet:
Sed non ſenſit Adonis, quod ipſum morientem
oſculata eſt.

Lamen-

Lamentor Adonidem: adlamentantur Amores.
Atrox, atrox vulnus habet in femore Adonis:
Maius autem Venus habet in corde vulnus.
Circa illum puerum et cari canes vlularunt,
Et Nymphae plorant Oreades: ipſaque Venus,
Solutis capillis, per nemora errat
Lugubris, incomta, nudis pedibus et rubi ipſam
Incedentem infeſtant, ac ſacrum ſanguinem carpunt.
Clara autem voce eiulans per longas valles fertur,
Aſſyrium clamore requirens maritum, et puerum vocans.
At circa ipſius vmbilicum ater ſanguis alte erumpebat.
Pectusque a femore cruentabatur: mammarum autem loca
Niuea prius Adonidi rubebant.
Heu, heu Venerem! adlamentantur Amores.
Amiſit formoſum illum virum, vnaque ſacram formam amiſit.
Veneri enim formoſa forma *fuit*, dum vixit Adonis:
Mortua autem cum Adonide eſt et forma Veneris; heu, heu!
Montes omnes et quercus dicunt, heu Adonidem!
Et flumina deflent luctus Veneris,
Et fontes Adonidem in montibus deplorant,
Flores autem prae dolore rubeſiunt; Venus vero
Per omnes colles et per vrbem flebiliter canit,
Heu, heu Venerem! obiit formoſus Adonis;
Echoque reſpondet: obiit formoſus Adonis.
Veneris dirum amorem quis non deploret? heu, heu!
Vt vidit, vt cognouit Adonidis inſanabile vulnus,
Vt vidit purpureum ſanguinem in marceſcente femore,
Brachia expandens, gemendo dicebat, mane Adoni,
Miſer mane Adoni, vt te poſtremum reperiam,
Vt te amplectar, et labra labris miſceam.
Expergiſcere paulisper Adoni, iamque poſtremo me oſculare:

Tantillum me osculare, donec viuit osculum;
Donec ab anima in meum os et in meum iecur
Spiritus tuus fluxerit, et tuum dulcem amorem exsuxero,
Atque imbibero amorem: osculum autem hoc asseruabo,
Tamquam ipsum Adonidem; quando tu me infelix fugis.
Fugis longe Adoni, et abis ad Acherontem,
Et tristem regem et seuerum: ego vero misera
Viuo, et Dea sum, neque possum te persequi.
Accipe Proserpina virum meum: nam tu es
Longe me potentior; et quicquid pulcrum est, ad te deuoluitur.
Sum autem ego valde infelix, et inexhausto dolore conficior,
Deplorans Adonidem, quod mihi extinctus est, teque timeo.
Obis, o terque quaterque desiderate: amor autem mihi, sicut somnium, auolauit.
Et vidua nunc Venus est; inanes sunt in domo Amores,
Tecum vero vna Cestus periit: quid enim temerarie venabaris?
Cum adeo pulcer esses, cum feris congredi ausus es?
Sic lugebat Venus: amores vna lugebant.
Heu, heu Venerem! obiit formosus Adonis.
Lacrimarum Venus tantum effundit, quantum Adonis
Sanguinis fundit. Haec vero omnia in terra conuertuntur in flores:
Sanguis rosam gignit, sed lacrimae anemonem.
Lamentor Adonidem; interiit formosus Adonis.
Ne amplius in siluis virum deplora, o Venus:
Est recte instructus torus, est Adonidi torus paratus.
Tuum, o Venus, hunc lectulum tenet mortuus Adonis;
Et licet mortuus, tamen pulcer est: pulcer mortuus, quasi dormiens.
Depone *eum* et in mollibus vestibus, in quibus cubebat,
In quibus tecum per noctem sacrum somnum capiebat,
In

In aurea culcitra: ama Adonin, etiamſi triſtis ſit adſpectu.
Depone (eum) inter coronas et flores: omnes cum eo,
Poſtquam iſte obiit, omnes, *inquam*, flores etiam contabuerunt.
Perfunde autem ipſum myrtis, *variis* olei generibus, perfunde vnguentis:
Pereant vnguenta omnia: tuum vnguentum periit, Adonis.
Recubat tener Adonis in veſtibus purpureis:
Circa autem eum plorantes gemunt Amores,
Tonſi capillos propter Adonidem; et hic quidem ſagittas,
Ille vero arcum calcat, alius bene refertam frangit pharetram:
Alius ſoluit calceamentum Adonidis, alius lebetibus
Aureis fert aquam, alius femora lauat:
Alius retro alis refrigerat Adonidem.
Ipſam Cythercam adlamentantur Amores.
Extinxit totam facem in limine Hymenaeus,
Et coronam expandit nuptialem: non amplius Hymen,
Hymen non amplius cantilena eſt; ſed cantatur, heu, heu!
Heu, heu propter Adonidem adhuc magis! heu propter Hymenaeum:
Charites deplorant filium Cinyrae,
Obiit formoſus Adonis, inter ſe dicentes;
Et id voce clariori dicunt, quam tu, Dione.
Et Muſae Adonidem deplorant, Adonidem,
Et ipſum cantu reuocant: at ille ipſas non exaudit:
Non ſane, neque poteſt: Proſerpina enim ipſum non dimittit.
Finem fac lugendi, Cytherea, et hodie molli parce querelae.
Oportet enim te rurſum lugere, atque in alium annum lacrimari.

vide ſupra p. 122.

BIONIS IDYLL. IIII.

Muſae Amorem crudelem non metuentes,
Ex animo amant, et veſtigia eius ſequuntur:
Ac ſi quis ingenio praeditus inamabili eas ſequatur:
Illum refugiunt, et docere nolunt.
At ſi mentem amore agitatam habens ſuauiter cecinerit,
Ad ipſum ſimul omnes feſtinae confluunt,
Teſtis ego ſum, quod ſermo hic ſit plane verus.
Si enim hominem quempiam alium aut immortalem carmine celebro,
Ceſſat mea lingua, et, vt ante ſolebat, non amplius canit;
Cum rurſum in Amorem vel in Lycidam aliquid modulor,
Tunc mihi laetum ore profluit carmen.

vide ſupra p. 124.

BIONIS IDYLL. VIII.

O placida Venus, Iouis et maris filia,
Quid eſt, quod adeo hominibus et Diis indignaris;
Parum dixi; quid adeo infenſa es, et quid te laedit,
Tantum vt omnibus Malum, Amorem, pepereris,
Crudelem, immitem, ingenio longe diſſimilem formae?
Cur vero alatum eundem et peritum ſagittarium dediſti nobis,
Vt illum quantumuis acerbum non poſſemus effugere?

MOSCHI IDYLL. I.

vide supra p. 125.

Venus Amorem filium altum inclamabat, i. e. *alta voce clamans, dicebat:*
Si quis in triuiis vagantem vidit Amorem,
Fugitiuus meus eſt: index munus habebit.
Merces tibi erit ſuauium Veneris: ſi vero adduxeris ipſum,
Non nudum ſuauium, ſed quiddam, o hoſpes, plus etiam habebis.
Inſunt autem plurima ſigna puero: inter viginti alios cognoueris ipſum.
Corpore non albus, verum igni ſimilis: oculi ipſius
Acres et flammei: mala mens, dulcia verba:
Non enim idem ſentit, quod loquitur. Vox illi dulcis, vt mel:
Sed cum iraſcitur, mens eſt immitis, fraudulenta,
Nihil veri dicens: doloſus puer, crudeliter ludit.
Pulcre capillatum (eſt illi) caput, habet autem proteruam faciem.
Exiguae quidem illius ſunt manus, ſed procul iaculatur:
Iaculatur vſque ad Acherontem, et inferni regem.
Corpore quidem nudus, at mens illi tecta eſt;
Et volucris ſicut auis circumuolat nunc ad hos, nunc ad illos,
Viros et mulieres, viſceribusque inſidet.
Arcum habet valde exiguum, ſuper arcu vero ſagittam:
Exigua illi ſagitta, at in coelum vſque fertur.
Et aurea in humeris pharetra: in ea autem ſunt
Amarulentae arundines, quibus ſaepe etiam me fauciat.
Omnia ſunt crudelia, omnia: multo vero magis, quae ipſi eſt,
Parua fax, ſolem ipſum perurit.
Si tu ceperis illum, vinctum duc, neque miſerearis.

Et

Et si quando flentem videris, caue, ne te fallat:
Etiamsi rideat, tu trahe illum: atque si voluerit te osculari,
Fuge: malum est osculum, ipsa labra sunt venenum.
Si vero dixerit, cape haec, dono tibi, quaecunque mihi sunt arma,
Ne quicquam attigeris: fallacia dona (sunt): igne enim omnia tincta sunt.

MOSCHI IDYLL. II

vide supra p. 131.

Europae olim Venus suaue somnium immisit,
Cum tertia pars noctis, (i. e. *gallicinium*) stat, et aurora prope est:
Cum somnus melle dulcior in palpebris sedens,
Membra resoluens, oculos molli vinculo ligat;
Cum et veracium pascitur turba somniorum.
Tunc *illa* dormiens in aedibus, quae sub tecto sunt, (i. e. *in parte aedium superiore*)
Phoenicis filia, adhuc virgo Europa,
Videbatur sibi videre continentes duas de se contendentes,
Asianam, et alteram oppositam: indolem autem habebant vt mulieres.
Harum altera peregrinae formam habebat: altera autem similis erat
Indigenae, et *vt* filiam suam magis vindicabat:
Dicebat vero, quod eam genuisset, et enutriuisset ipsa.
Verum altera validis contendens manibus,
Trahebat non inuitam: quoniam fatale esse dicebat
A Ioue Aegiocho, vt praemium (sibi) esset Europa.
Illa vero e strato exiliit toro, metu perculsa,
Palpitans corde: nam somnium viderat tamquam rem euidentem.

Diu

Diu autem fedebat taciturna: ambas enim
Adhuc in oculis apertis habebat mulieres.
Verum poftea valde fero extulit virgo vocem:
Quis mihi ex fuperis haec fpectra obtulit?
Qualia me fuper ftratum torum in thalamis
Suauiter admodum dormientem perterruerunt fomnia?
Quae vero fuit hofpita, quam adfpexi dormiens?
Quam mihi perculit cor illius amor! quam me et ipfa
Amanter fufcepit, et tamquam fuam adfpexit filiam!
Sed mihi Dii bene vertant fomnium!
Sic locuta, furrexit, et caras quaefiuit fodales,
Aequales, coaeuas, animo caras, nobiles,
Quibuscum femper ludebat, choream cum iniret,
Vel corpus cum ablueret ad oftia Anauri,
Aut quando e prato odorata lilia tonderet (i. e. *carperet*).
Itaque illae ftatim ei comparuerunt: quaelibet autem manu tenebat
Flores recipientem calathum: et in prata exibant,
Maritima, vbi femper vna congregari folebant,
Oblectantes fe rofarum germine, et vndarum ftrepitu.
Ipfa vero aureum ferebat calathum Europa,
Spectabilem, valde mirandum, magnum opus Vulcani;
Quem Libyae dederat dono, quando in torum Neptuni
Iuit: illa vero praebuit formofae Telephaëffae,
Quae ex illius fanguine erat: innuptae vero Europae
Mater Telephaëffa eximium praebuit donum:
In eo artificiofa multa fabrefacta erant refplendentia.
Inerat ex auro facta Inachi filia Io,
Cum adhuc vitula effet, formamque non habebat mulieris.
Oeftro autem percita pedibus per mare ambulabat,
Natanti fimilis: mare autem coeruleo colore factum erat.
Duo vero ftabant fuperne in fupercilio littoris
Viri fimul: fpectabantque pòntigradum bouem.
Aderat et Iupiter, demulcens placide manu diuina
Vitu-

Vitulam marinam: quam apud Nilum ſeptem oſtia habentem
Ex boue pulcre cornuta rurſum transformauit in mulierem.
Argentea erant Nili fluenta: ipſa vero vitula
Aerea: ex auro vero factus erat ipſe Iupiter.
Circum vero, ſub corona calathi rotundi,
Mercurius fabrefactus erat: propeque eum extenſus erat
Argus, peruigilibus inſtructus oculis.
Huius autem ex purpureo ſanguine naſcebatur
Auis, exultans pennarum multiflorido colore,
Caudae pennas explicans; ſicut aliqua velox nauis
Aurei calathi extremum orbem pennis tegebat.
Talis erat calathus formoſiſſimae Europae.
Illae vero, poſtquam ad prata peruenerunt florida,
Aliae aliis animum tunc oblectabant floribus.
Ex iis haec odoratum Narciſſum, illa Hyacinthum,
Illa violam, illa vero ſerpillum decerpebat: multaque in terram
Pratorum vernorum cadebant folia.
Aliae porro flaui croci odoratam comam
Decerpebant certantes: verum in medio ſtabat ipſa regina,
Splendorem purpureae roſae manibus colligens,
Et excellebat, ſicut inter Gratias Venus.
Neque diu, animum floribus oblectatura erat,
Nec virginalem zonam impollutam conſeruatura.
Nam certe Iupiter, vt ipſam conſiderauit, mox ictus eſt
In animo, inopinatis domitus ſagittis
Veneris, quae ſola poteſt etiam Iouem domare.
Etenim ſane, vt vitaret iram Zelotypae Iunonis,
Cum vellet teneram puellae mentem fallere,
Occuluit deum, et mutauit corpus, et factus eſt taurus;
Non qualis in ſtabulis nutritur, neque qualis

Sulcum ſecat, trahens curuum aratrum;
Neque qualis inter armenta paſcitur, neque qualis ille,
Qui domitus valde onuſtum trahit plauſtrum.
Eius reliquum quidem corpus flauum erat,
Circulus autem candidus in media ſplendebat fronte,
Oculi vero ſubglauci erant, amore coruſcantes:
Aequalia vero inter ſe cornua e capite emergebant,
Sicut orbes lunae cornutae, dimidiati ambitus.
Venit autem in pratnm: nec exterruit, cum viſus eſt,
Virgines: ſed omnibus licebat accedere propius,
Et contrectare amabilem bouem, cuius diuinus odor
Procul et prati ſuperabat dulcem halitum.
Stetit autem ante pedes inculpatae Europae,
Et illi lambebat collum, demulcebatque puellam:
Illa vero contrectabat eum, et placide manibus ſpumam
Multam ab ore abſtergebat, et oſculabatur taurum.
At ille placide mugiit: diceres tibiam
Mygdoniam ſtridulum ſonum edentem (*te*) audire.
Flexit autem genua ante pedes, atque intuebatur Europam
Ceruice retorta, et illi latum oſtendit dorſum.
Illa vero valde capillatis dixit virginibus:
Huc adeſte ſodales carae atque aequales, vt in hoc
Confidentes tauro nos oblectemus: certe enim omnes,
Dorſum vbi ſubſtrauerit, recipiet veluti nauis.
Manſuetus hic adſpectu eſt, et blandus: neque tauris
Aliis ſimilis: mens enim ei tanquam viro
Benigna verſatur, et ſola indiget voce.
Sic locuta, tergo inſidebat ridens:
Ceterae vero adſcenſurae erant. Statim autem exiliit taurus,
Cum eam, quam volebat, rapuiſſet: ac celeriter ad mare peruenit.
Ipſa autem conuerſa ſuas vocabat ſodales,
Manus porrigens, at illae non poterant eam aſſequi,

Ex

Ex littore vero mare ingressus, longe procurrit vt Delphin.
Nereides autem e mari emerserunt, atque omnes
Cetorum tergis insidentes, ordine ibant.
Et ipse grauisonus Neptunus supra mare
Fluctus complanans, marini dux erat itineris
Germano fratri: atque circa ipsum congregabantur
Tritones, profundi maris incolae,
Conchis longis nuptiale carmen sonantes.
Illa vero sedens in bubulis tergis Iouis,
Altera quidem (*manu*) tenebat longum tauri cornu; manu vero altera
Trahebat purpureae vestis sinus, (*eousque*) quousque fimbriam
Commadefaceret attractam cani maris copiosa vnda.
Sinuabatur autem in humeris vestis ampla Europae,
Ceu velum nauis, atque adleuabat puellam.
At illa, cum iam terra a patria esset procul,
Conspicereturque nec littus vllum, quod a mari adluitur, nec vllus mons altus,
Verum supra coelum, et infra immensum mare,
Circum se spectans, talem extulit vocem:
Quo me vehis, diuine taure? quis es? quomodo autem (*hanc*) viam
Grauibus pedibus conficis, neque mare
Reformidas? nauibus enim peruium est mare
Velocibus, at tauri marinum iter reformidant.
Qualis tibi potus dulcis? quis e mari cibus erit?
Num Deus aliquis es? cur, quae Deos non decet, facis?
Neque marini Delphines in terra, neque tauri
In mari ambulant: tu vero per terram et mare
Immadefactus ruis, vngulae autem tibi sunt remi.
Forte etiam in coeruleum aerem sublatus alte
Volabis, velocibus similis volucribus.
Hei mihi multum infelici, quae quidem domo

Patris relicta, et hunc bouem ſecuta,
Peregrinam nauigationem conficio, et erro ſola!
Sed tu mihi, Neptune, qui cano in mari regnum tenes,
Propitius occuras: ſpero me viſuram eſſe
Hunc, qui curſum dirigit, ducem meum.
Non enim ſine Deo per has humidas vias transeo.
Sic dixit. Hanc vero ſic allocutus eſt amplis cornibus praeditus bos:
Bono ſis animo, virgo, ne time marinos fluctus.
Ipſe ſane ſum Iupiter, et cominus videor eſſe
Taurus: nam poſſum apparere, quicquid velim.
Amor autem tui impulit me tam longum mare emetiri,
Tauro aſſimulatum. Creta autem te iam recipiet,
Quae me ipſum quoque enutriuit, vbi nuptiae tuae
Erunt; ex me autem valde inclutos paries filios,
Qui (*reges*) ſceptrigeri inter omnes homines erunt.
Sic dixit: et facta ſunt, quae dixerat. Apparebat enim
Creta, et Iupiter rurſus aliam adſumebat formam,
Soluitque ei zonam, et illi lectum parabant Horae.
Illa vero, antea quae virgo, ſponſa ſtatim Iouis facta eſt,
Et Ioui filios peperit, ſtatimque facta eſt mater.

CALLIMACHI HYMNVS IN CEREREM

vide ſupra p. 151.

Calatho deſcendente, acclamate mulieres,
Ceres multum ſalue, alma frugifera,
Calathum deſcendentem (humi ſpectate profani.)
Neue e tecto, neue deſuper adſpicite,
Nec puer, nec femina, nec quae effudit comam.
Nec cum a ſiccis faucibus expuimus ieiuni.
Heſperus e nubibus proſpexit, cum procedit;
Heſperus, qui ſolus Cereri perſuaſit, vt biberet,
Raptae cum irreperta perſequeretur veſtigia filiae.

Diua, quomodo te potuerunt pedes ferre, vsque ad occasum,
Et vsque ad nigros, et vbi aurea poma?
Non bibisti, nec edisti tamdiu, nec lauisti
Ter quidem transisti Acheoloum argenteo vortice amnem
Totidemque perennium fluminum traiecisti quemque
(Terque ad pulcerrimae insulae cucurristi vmbilicum Ennam)
Terque ad Calli (chorum humi consedisti fontem)
Sicca et nihil bibens et nec edisti nec lauisti.
Ne ne dicamus, quae lacrimas mouerunt Cereri.
Melius, vt ciuitatibus gratas leges dedit:
Melius, vt spicam et sacros manipulos prima
Aristarum messuit, et boues immisit trituratum,
Cum Triptolemus bonam didicit artem.
Melius, quomodo (vt etiam quis delicta vitet)
(Fecit fame Triopae filium miserabilem) videri
Nondum Cnidum, sed sacrum adhuc Dotium habitabant.
Ibi vero tibi pulcrum nemus sacrauerant Pelasgi,
Densum arboribus, vix vtique sagittae penetrabile
Hic pinus, hic magnae vlmi erant, hic vero et piri,
Et pulcra glycymala: electroque similis aqua
E scatebris prorumpebat. Dea autem deperibat locum
Quantum Eleusina, quantum Triopum, quantum Ennam.
Sed cum Triopidis sinister irasceretur Deus
Tum malum Erysichthonem inuasit consilium.
Ibat viginti ducens seruos, omnes florentes aetatibus,
Omnes gigantibus pares (totam vrbem qui possent exscindere)
Vtrumque, bipennibus et securibus armatos;
In Cereris vero audaces properabant nemus.
Erat autem populus, magna arbor, aethera tangens,
Qua sub nymphae ad meridiem ludebant.
Haec prima percussa, malum ceteris cantum insonuit.
Sensit

Senſit Ceres, ſibi ſacram arborem laedi,
Dixitque irata, quis mihi pulcras arbores caedit?
Statim Nicippae, quam ipſi ciuitas ſacerdotem
Publicam conſtituerat, adſimulata, cepit manu
Vittas, et papauer, humerisque repoſuit clauem.
Dixitque permulcens improbum et impudentem hominem,
Fili, qui Diis ſacratas arbores caedis,
Fili, ſuſtine te, fili percare parentibus,
Deſine, et ſeruos amoue, ne tibi iraſcatur
Diua Ceres, cuius ſacrum exſcindis.
Hanc vero magis truculentis oblique adſpexit oculis, quam venatorum
Montibus in Tmariis ſolet virum leaena
Crudipara, cuius eſſe dicunt truculentiſſimum vultum,
Recede, inquit, ne tibi ſecurim magnam in corpus librem.
Haec vero tectum reddent triclinium mihi, in quo conuiuia
Adſidue amicis meis iucunda agitem.
Dixit iuuenis: at Nemeſis impiam in literas retulit vocem.
At Ceres infandam concepit iram, factaque eſt Dea ipſa.
Veſtigia quidem in ſolo, caput autem fixit coelo.
Tum illi quidem ſemianimes, cum Deum viderent,
Repente retro ruerunt, relicto in quercubus ferro.
Ipſa autem ceteros quidem omiſit (neceſſitate enim ſequebantur
Domini ſub manu) improbumque allocuta eſt dominum:
Vero, vero, ſtrue triclinium, canis, canis, in quo conuiuia
Agites. Crebrae enim poſtea epulae tibi.
Tantum illa dixit, et Eryſichthoni parauit peſtem.
Extemplo grauem ei et ſaeuam iniecit famem,
Diram, validam: magno ipſe tabeſcere coepit morbo.
Miſer quantum ederat, tantum rurſus appetebat.
Viginti epulas ſtruebant, duodecimque vinum miniſtrabant;

Eadem enim Bacchum, quae Cererem, laedunt.
Itaque et cum Cerere irafcebatur Bacchus.
Non igitur nec ad eranos, nec ad conuiuia mittebant
Prae pudore parentes, praetextusque reperiebatur quicunque.
Venerant ipfum Itoniae Mineruae ad certamina
Vocantes Ormenidae: negabat mater venturum.
Foris eft. Heri enim Cranona profectus eft,
Creditum exacturus, centum boues. Venerat Polyxo,
Mater Actorionis (nam filio parabat nuptias)
Vtrumque, Triopam et filium inuitans.
Huic vero triftis femina refpondit, lacrimis fufis:
Peregre tibi eft Triopas: Eryfichthonem autem percuffit aper
Pindi in conuallibus; at ille nonum iam diem decumbit.
Mifera, amans filium, quid non mentita es, mater?
Parabat conuiuium aliquis? Peregre eft Eryfichthon.
Ducebat aliquis nuptam? Eryfichthonem difcus percuffit,
Aut lapfus ex equo eft, aut in Othrye greges numerat.
Domi autem abditus poftea per totum diem conuiuator
Comedebat immenfa: at improba irritabatur fames
Semper magis edenti, atque velut in fundum maris
Fruftra ingrati defluebant cibi omnes.
Vtque in Mimante nix, vt in fole cerea pupa,
Atque his adeo magis, tabefcebat, donec praeter neruos
Mifero et fibrae et offa fola relinquerentur.
Plorabat quidem mater, grauiterque gemebant duae forores,
Et nutrix, quae illum lactauerat, et decem, faepe feruae.
Atque ipfe infuper Triopas, manus immifit canis,
Sic non audientem Neptunum inuocans:
Falfe pater, vide hancce tertiam tuam ftirpem: fi quidem ego
Tuus et Aeoliae Canaces filius: at mihi
Mifera haec nata eft proles. Vtinam enim ipfum
Per-

Percuſſum ab Apolline meae manus funeraſſent.
Nunc vero improba fames in oculis ſedet.
Aut depelle ab ipſo grauem morbum, aut eum ipſe
Sume et deuora. Nam meae defecerunt menſae:
Vacua quidem ſtabula, vacuaeque mihi iam caulae
Quadrupedum: iam enim etiam coqui feſſi ſunt.
Enimuero etiam mulos a magnis ſoluerunt plauſtris,
Et bouem deuorauit, quam Veſtae alebat mater.
Et curulem bellicumque equum
Et felem, quam horrent beſtiae paruae.
Et quoad quidem in Triopae aedibus res erat,
Hactenus ſoli domeſtici thalami malum ſciebant:
Sed poſtquam lautam rem familiarem abſumſerant dentes;
Ibi tum regis ille filius in triuiis ſedebat.
Mendicans bucellas et reiiculas coenae ſordes.
Ceres, ne ille mihi ſit amicus, qui tibi inuiſus eſt,
Neque contubernalis: mihi vicini improbi ſunt inuiſi.
Dicite virgines, et acclamate puerperae,
Ceres multum ſalue, alma, frugifera,
Vtque calathum candidi vehunt equi
Quatuor, ſic nobis magna Dea, late regina,
Candidum ver, candidam aeſtatem et hiemem ferens
Veniet, atque autumnum, et eius copias in alium annum ſeruabit.
Vtque ſine calceis ac vittis in vrbe incedimus,
Sic pedes, ſic capita ſalua habebimus ſemper.
Vt canephorae auro plena caniſtra ferunt
Sic nos aurum copioſum poſſidebimus.
Vsque ad vrbis prytaneum non initiatas
His myſteriis ſequi oportet: vsque ad templum ipſum
Quaecunque ſexaginta annis minores: quae autem prouectiores
Aut quae Lucinae tendit palmas, quaeque dolore afflicta eſt.

Eas ſic ſatis eſt ſequi, vt ipſarum patiuntur genua,
His vero Ceres
Dabit omnia plena, vtque poſt ad aedem ipſam veniant,
Salue Dea, et hanc ſerua ciuitatem in concordia,
Et felicitate: et ex agris fer matura omnia.
Paſce boues, fer poma, fer ſpicam, fer meſſem:
Ale et pacem, vt, qui arauit, idem et metat.
Sis propitia mihi, veneranda, longe regina Dearum.

---

*vide ſupra p.*179.

PINDARI OLYMP. I
HIERONI SYRACVSANO.
EQVO CELETE VICTORI.

Praeſtantiſſima quidem (inter cetera elementa) eſt aqua, et aurum, ardens ignis velut nocte, fulget ſuperbas inter diuitias. Si vero certamina canere geſtis, anime mi, nec ſole circumſpice aliud fouentius interdiu lucidum aſtrum, deſertum per aerem: nec Olympico certamen praeſtantius cantabimus: vnde (ductus) celeberrimus hymnus contexitur poetarum curis, vt cantent Saturni filium: ad opulentam acce-
Ant. 18. dentes beatamque Hieronis domum, — iuſtum qui tractat ſceptrum in fecunda - quibus Sicilia, decerpens apices virtutum omnium; ſplendetque etiam Muſicae flore, quemadmodum ludimus hoſpitalem nos poëtae frequenter ad menſam. Sed doricam citharam a clauo deripe, ſi qua tibi Piſaeque et Pherenici (equi victoris) decus animum dulciſſimis immiſit meditationibus, quam ad Alpheum concitus proruit corpus non calcaribus adactum in curriculis gerens,
Epod. 35. victoriaeque tradidit dominum — Syracuſium, equis gaudentem regem. Splendet autem eius gloria apud generoſam Pelopis coloniam, quem praepotens amauit terram

terram continens Neptunus, poſtquam eum ſplendido lebete exemerat Clotho, humero ebore nitente ornatum. Sane miracula ſaepe, et nonnumquam etiam exornatae commentis variis fabulae, hominum mentes ipſa vera narratione efficacius decipere ſolent; — Gratiaque, quae omnia efficit ſuauia mortalibus, etiam Str. 2. 48.
quod incredibile eſt, adferendo ei dignitatem, efficit credibile ſaepenumero: tempora tamen futura teſtes veriſſimi. At hominem decet dicere de Diis honeſta; minor enim ſic culpa eſt (fingere.) Itaque te, fili Tantali, contra ſuperiores poëtas, dicam, quando vocauit pater maxime legitimas ad epulas ſuamque Sipylum, viciſſim Diis coenam praebens, tunc tridente inclytum (deum) rapuiſſe — domitum animo amore, Ant. 2. 65.
aureoque curru ſupremam multum venerandi ad domum Iouis (te) transtuliſſe, quo alio tempore venerat iam Ganymedes, Ioui idem ad miniſterium. Vt vero non conſpiciebaris amplius, nec ad matrem multum inquirentes viri te reduxerant: ſtatim clam dixit aliquis inuidorum vicinorum: aqua quod ad ignem vehementer feruente elixata cultro diſſecuiſſent membra, menſisque fruſtra carnium tuarum diſtribuiſſent, et comediſſent. — A me vero impetrare non poſſum Ep. 2. 82.
vt helluonem Deorum aliquem dicam. Deſiſto. Calamitas conſequi ſolet crebro maledicos. Imo vero, ſi vllum mortalem Olympi cuſtodes honorarunt, erat Tantalus hic; ſed concoquere magnam felicitatem non potuit, inſolentiaque ſibi contraxit poenam ingentem, qua pater eius (Iupiter) ſuperne appendit ponderoſum ipſi lapidem, quem ſemper nitens *) a capite amoliri, laetitia aberrat (perpetuo moerore angitur). — Agit

 vero

*) μενοινῶν. Aliter Schol. Κατὰ τὴν ψυχὴν ἔχων ὡς ἐπιπεσὼν ὁ λίθος διαφθερεῖ αὐτόν. l. προσδοκῶν ἀεὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ βληθήσεσθαι.

vero aerumnosam hanc vitam, continuum hunc quartum post tertium laborem, Immortalium quoniam furto ablatum nectar ambrosiamque, quibus immortalem eum fecerunt, aequalibus conuiuis dederat. Si quis enim clam Deo facere aliquid posse sperat, fallitur. Ideo remiserunt ei filium Immortales ad cito - morituram rursus hominum gentem. In florida autem aetate quum lanugo nigrum eius mentum
Ant. 3 coronasset, paratas animo volutauit nuptias — illu-
112. stris Hippodamiae, quam a patre Pisata obtineret. Prope autem accedens ad canum mare solus in tenebris, inclamabat grauistrepum tridente - insignem Neptunum, isque ipsi ad pedes prope apparuit. Tum illi dixit: Amabilia dona Veneris, age, si quid, Neptune, gratiae apud te habent, cohibe hastam Oenomai aeream, meque in velocissimis deduc curribus ad Elim, victoriaeque trade; nam tredecim iam amatoribus in-
Ep. 3. teremtis differt nuptias — filiae. Magnum quidem
129 periculum imbellem virum non capit; mori autem quibus fatale, quid quaeso aliquis ignobile senium, in tenebris sedens, concoquat frustra, omnium laudum expers? Atqui ego quidem hoc certamen subibo: tu vero euentum gratum dato. Sic dixit: neque irritis attigit eum precibus. Ei gratificans dedit Deus cur-
Str. 4 rum aureum alatosque indefessos equos. — Tum vicit
142. Oenomaum fortem, virginemque duxit coniugem, genuitque duces sex, virtutum alumnos, filios. Nunc inferiis splendidis honoratur ad Alphei alueum sepultus, tumulum vndique patentem nactus, frequentissimam hospitalibus apud aram. Gloria vero eminus fulget Olympicorum certaminum, in cursibus Pelopis, vbi velocitas pedum certat vigorque roboris indefessi; victorque reliquam per vitam dulcem tenet serenita-
Ant. 4 tem — victoriae praemiis sibi paratam. Atque haec
159. constanter permanens felicitas summa est, quae contin-

gere

gere poteſt vlli mortali. Me autem coronare iſtum (Hieronem) modis, quibus victoria equeſtris ornatur, aeolico carmine oportet. Perſuadeo mihi enim, me hoſpitem nullum et honeſtarum rerum peritiorem alium et potentia praeſtantiorem, ex noſtris quidem hominibus, inclytis exornaturum eſſe hymnorum ſtrophis. Deus adiutor tuis proſpicit cum ſollicitudine, o Hiero, curis. Hic niſi cito te deſtituet, adhuc ſuauiorem ſpero — cum quadriga celeri (victoriam tuam *) me celebraturum, apto carminis argumento reperto, ad apricum accedens collem Cronium. Mihi Muſa validiſſimum robore telum ſeruat. Aliis rebus alii excellunt, ſummaque felicitas faſtigiatur regibus. Noli ſpectare vlterius. Vtinam et tu talis in ſublimi diu incedas; et ego inter tantos victores verſer, conſpicuus canendi arte inter Graecos vbique.

Ep. 4. 176.

SAPPHVS ODE IN VENEREM.

vide ſupra p. 201.

Verſicolori ſolio, immortalis Venus,
Puella Iouis, nectens dolos, ſupplico tibi,
Ne me faſtidiis, neque moeroribus doma,
Veneranda, animo.
Verum huc ades, ſi quando alias in amore
Meam vocem tu audieris, (quam crebram acceperas,)
Auſcultabas, patriſque domum relinquens
Auream veniſti;
Currum ſubiungens, pulcri vero te egerunt
Veloces paſſeres alis pullis,
Crebras vibrantes pennas de coelo per

 Aethe-

*) γλυκυτέραν — repetii μέριμναν ex μερίμναισιν v. 174.

Aethera medium.
Protinus vero peruenere: Tu vero, o Beata,
Subridens immortali tuo vultu, quod vero
Rogabas, quodnam erat, quod paſſa ſum, et
Erat, quod te vocarem.
Et quodnam meo maxime velim fieri
Penitus furenti animo, quamue rurſus ſuadam,
Atque irretientem amorem: Quis te, o
Sappho, laedit?
Etenim ſi te fugit, cito ſequetur:
Et ſi dona non accipit, quin ipſe dabit:
Et ſi non amat, cito amabit,
Et ſi tu nolueris.
Veni ad me et nunc durisque ſolue me
Ex curis: quaeque mihi te perficere
Animus concupiſcit, perſice, tuque ipſa
Adiutrix eſto.

---

vide ſupra p. 207

SAPPHVS CARMEN II.
AD MVLIEREM ADAMATAM.

Videtur ille mihi par diuis
Vir eſſe, qui aduerſus te
Sedet, et proprius dulce proſantem
Te auſcultat.
Et ridentem amabiliter, quod mihi
Cor in pectoribus obſtupefecit:
Vt enim vidi te, in fauces mihi vocis
Nihil amplius venit.
Immo quidem lingua fracta eſt, et per tenuem
Protinus cutem ignis demanauit;
Oculisque nihil video; bombitantque
Mihi aures.

Et

Et gelidus ſudor defluit; Tremorque
Occupat totam, pallidiorque herba
Sum: a moriendo paululum abſens
Videor examinis.

I.
IN ERINNAM ANTIPATRI.

vide ſupra p. 215.

Pauciloqua Erinna, et non verboſa cantibus,
Sed ſortitum eſt Muſas hoc exiguum carmen.
Igitur memoria non caret, neque nigrae
Noctis ſub vmbroſa cohibetur ala.
At vero innumerae recentiorum coaceruatim poetarum
Myriades obliuione, o hoſpes, contabeſcimus.
Eſt melior cycni modicus cantus, quam graculorum
Cornicatio, in vernis quae diſſipatur nubibus.

II. LEONIDAE.

vide ſupra p. 216.

Virginem iuuenem inter poetas apem
Erinnam, Muſarum flores decerpentem,
Mors in hymenaeum rapuit. Profecto hoc ſapiens
Dixit vere puella, inuidus es Acheron.

III.
IX. ERINNAE IN IMAGINEM VIRGINIS.

vide ſupra p. 217.

Ex teneris manibus haec imago; optime Prometheu,
Sunt et homines tibi ſimiles ſapientia.
Hanc igitur virginem quisquis pinxit,
Si etiam vocem addidiſſet, eſſet ſane Agatharchis
tota.

IIII.

IIII.

vide supra p.218.

MYRVS BYZANTIAE
DONARIA VENERI REPOSITA

Ergo ſub aurato thalamo iam Cypridis almae
Vua, ſacro Bacchi plena liquore, iaces.
Non circumfundens mater tibi grata flagella,
Poſt folium pariet nectareum capiti.

V.

vide supra p.218.

NOSSIDIS EPIGRAMMA II.
IN IMAGINEM MVLIERIS

Thaumaretae imaginem tabula habet; belle ſane vigorem
Expreſſit et pulcritudinem illius, quae pulcras palpebras habet;
Adblanditur te intuens et domum cuſtodiens catella,
Dominam domus rata ſe intueri.

vide supra p.219.

ANYTAE TEGEATIDIS EPIGRAMMATA
IN AMYNTOREM

Lydia terra habet haec Amyntorem filium Philippi,
Multum ferream tangentem pugnam:
Neque ipſum dolorificus morbus domum deduxit noctis,
Sed periit pro ſociis habens rotundum clypeum.

IN LOCVSTAM

vide supra p.219.

Non amplius suauiter canens te iuxta diuitem Aci-
dis domum
Locusta canentem videbit sol.
Iam enim prata ad Clymenis euolasti,
Et roscidos aureae flores Proserpinae.

IN PROARCHVM PRO PATRIA PVGNANDO·OCCVMBENTEM

vide supra p.220.

Flore, Proarche, cadens aetatis tristia matris
Implesti luctu pectora, sic periens.
Isthaec at pulcro celebrant te carmina saxa,
Pro patria occumbens fortiter hic situs est.

IN HIRCVM AENEVM

vide supra p.220.

Hircum cornupetam Bromii spectate, superbe
Obtutum in barba figere pergit acrem,
Nempe conissantem cernens in montibus altis,
Barbam scit rosea stringere Nympha manu.

EPIGR. I. BASSI LOLLII IN GERMANICVM CAESARIS NEPOTEM NERONIS PATREM

vide supra p.221.

Clauigeri inferorum, omnes orci aditus
Occludite, et omnibus ianuis pessulos obdite.
Ipse ego Pluto iubeo: Germanicus astrorum,
Non meus est, non tantam nauem vehit Acheron.

IIII.

IIII.

vide ſupra p.222.

INSCRIPTIO SEPVLCRALIS NICAEAE EXSTANS PROPE LACVM IN OBELISCO

Gloriare, Nicaea, excelſo tumulo
Et pyramide, ſoli proxima.
Quae inter viuos celebratum Hierophantem
Tegit, immenſo monumento conditum.
Eſt Sacerdotis hoc ſepulcrum, eſt Seuerae
Tumulus, cui coelum, non tartarus, vicinum eſt.

---

vide ſupra p.223.

V.

ALIVD

Coeleſte monumentum, et auro refulgens ſplendor
Viri, ſimilem vitae tumulum nacti,
Aſtris vicinum: nullus autem tumulus tantum tenet
Virum, ſacrorum coeleſtium miniſtrum.
Qui prolapſam patriam a terra leuauit,
Animique et linguae ſumma adeptus eſt dona,
De quo contenderunt, et, quae rogo mortuum impoſuit,
Attica, et (Nicaea) quae ſinu oſſa ſuſcepit.

---

vide ſupra p.224.

XII. IN ANTIPATRVM MELEAGRI.

Sepulcralis columna, cur inſculptus tibi criſta terribilis gallus,
Sub fuſca ala ſceptrum geſtans,
Pedibus ſurripiens victoriae ramum; in extremo autem
Gradu

Gradu cur proiectus talus inclinatus est?
Quomodo lapis tumulo pauperis viri, qui
Auis cantu tempore nocturno excitatur, conuenit?
Non videtur: sceptrum enim hoc vetat credere: sed condis
Athletam, qui rursus certamine victor euasit.
Neque his acquiesco: quomodo enim vir velox comparari
Talo posset? nunc autem, quod res est, dicam:
Palma victoriam indicat, patriamque gloriosam
Palmarum matrem, copiosam Tyrum,
Auis vero, me cantando peritum primumque et varium
Musarum, quae circa Venerem sunt, vatem fuisse.
Sceptrum tenet, eloquentiae signum: mori autem me
Nimio vini potu, iactatus innuit talus.
Et haec quidem symbola sunt, nomen autem lapis celebrat
Antipatri, generosis maioribus orti.

XX. THEONIS ALEXANDRI IN LENAEVM NAVFRAGVM

vide supra p. 226.

Celeriter versaris inter halcyones, o Lenaee, sed muta mater
Luget, ob frigidum sepulcrum maxime lugens.



VBERIOR EXPLICATIO
ET COMPARATIO IDYLL. II. MOSCHI

Hanc prolusionem a me, quum ad diem natalem Serenissimi nostri Principis celebrandum nomine Vniuersitatis nostrae Friderico - Alexandrinae inuitassem, nuper demum publici iuris factam, hic repetere ab instituto haud alienum fore arbitratus sum, quoniam et tirones, quae in legendis veteribus poetis obseruanda sint, inde quodammodo videre possunt, et plura, quae in adnotationibus ob rationes notarum supra monere non potui, loca explicantur vberius et diiudicantur.

Moschi carmen *de raptu Europae* siue *Idyll.* II. paucis illustraturi, neque originem *) neque veritatem illius fabulae curabimus, sed cum Horatio, Ouidio Lucianoque comparando, de eius virtutibus et vitiis, quae nobis quidem videntur, quaedam iunioribus poeseos omnisque elegantioris litteraturae studiosis haud omnino, speramus, ingrata disputabimus. Primum poeta noster illud Horatii, vel potius illud naturae ipsius poeseos praeceptum, et quae prima veluti lex cuiusuis carminum generis omni fere fuit tempore,

Aut famam sequere, aut sibi conuenientia finge,

egre-

*) Clericus ad Luciani dialog. mar. XV. pag. 324. tom. I. edit. Reitzii totam fabellae τερατολογίαν ex ambiguitate narrationis Phoeniciae esse natam, Iouem, cognomine Taurum, rapuisse Europam, ceteras vero fabulae partes esse tantum mendacii, aut malae interpretationis antiquissimae historiae inania ornamenta arbitratur. Fulgentius libr. Mytholog. I. Europam in naue, tauri picturam habente, raptam fuisse interpretatur. Aliter explicat Palaephat. de Incredib. cap. XVI. alii aliter. Quam bene, alii videant.

egregie habuit animo mentique infixum. Iam vero, quum omnes in defcribendo raptu, et officiis fociorum marinorum explicandis amice confpirent, a vero haud prope abeffe videtur, antiquiffimam fuiffe traditionem, et artificis cuiusdam monumentum, faepius vulgatum, quo vera quaedam hiftoria hieroglyphice fuit repraefentata aliisque poeticis ornamentis aucta, tam Mofcho quam reliquis ob oculos verfatum fuiffe. Singuli vero, vti poetae et fabularum conditores facere debent, quaedam addiderunt, aut, quae vero caput fabulae non violarent, deinceps mutarunt: eiusque ipfius varietatis et fictionis ope carmini aut narrationi fuauitatem et id, quod a nouitate placeret, fcite parare ftuduerunt. Veritatem igitur poeticam bene cuftodiuit Mofchus. Tum ingenii fecunditatem rerumque fenfui fubiiciendarum vbertatem, in inueniendo nouo carminis fplendore et amplificando ornatu prae fe fert. Apte explicat argumentum; non narrat folum, aut pingit quafi in tabula, vt omnia in oculos fimul incurrant: fed, id, quod poetam huius nomine dignum decet, per fucceffum temporis omnia ordinat, ita vt Europam cum aequalibus fuis flores decerpentem, tauroque infidentem et raptam nobis videre, et colloquia eius cum Ioue audire videamur. Luxuriat quidem Mofchi ingenium, fed plerumque ita, vt delectet et placeat. Orationis lumina et comparationes aliquoties inferuit, quibus et fplendorem et colorem indueret maiorem. Enimuero infunt quoque huic carmini, quae nobis quidem non placeant. Namque auguftam illam fimplicitatem, quam in Theocrito ofculamur et admiramur, ac parfimoniam illam prudentem, quae Horatii poemata inprimis commendat, defideramus in Mofcho noftro. Comtior adparet, et ornatu maiore, quam decuit, onuftus incedit. Finibus contineri nequit, fed inftar torrentis ripas longe lateque fuperantis vagatur

et mire redundat. Singula vero, idyllium ipſum perſequendo, curatius inueſtigabimus: ita vero, vt potiora tantum momenta paucis notemus, et digito quaſi monſtremus vel vitia vel virtutes.

Carminis initium, quod Moſchi proprium eſt, ſtatim ſpirat ſenſum et calorem poeticum. Venus mittit ſomnium; cui munus, quod alias adtribuitur Mercurio, hic adſingitur: dea igitur machina eſt, (vti dicitur) quod Europa a deo decipietur. Somniat haec, ſe videre per quietem, duas continentes terras, quae formam mulierum habuerunt, de ſe certantes: expergiſcitur metu perculſa: diu ſedet taciturna, et ambas in oculis apertis adhuc habet, (quod quidem commotum animum bene depingit:) tandem de omine huius ſomnii ſecum loquitur; (a verſu 1 - 29.) Quaerit ſocias (v. 30.)

῞Ηλικας, οἰετέας, θυμηρέας, εὐπατερείας,

quae epithetorum coaceruatio non placet. Quid ad ludum et voluptatem aut honorem facit, num omnes eiusdem fuerint ſtaturae nec ne? Tum haud alias, ac *εὐπατερείας nobiles*, a regis filia perpetuas ſibi adiunctas fuiſſe ſocias, nemo negabit. — Cum his ſemper luſit tempus, quum vel choreas duceret, vel corpus ad oſtia fluminis ablueret, vel e prato odorata lilia (*κέρσοι*, felici vtitur audacia) *tonderet*, h. e. carperet. Vide poetam, qui memoriam antiquiſſimi temporis morumque ſimpliciſſimorum apte renouat! Comparent, ſuo quaeuis calatho inſtructae. Europa vero portabat *aureum*,

Θηητὸν, μέγα θαῦμα, μέγαν πόνον ῾Ηφαίστοιο

Spectabilem, valde mirandum, magnum opus Vulcani.

In hoc idyllio id iam ſuffeciſſet, ad praeſtantiam calathi ſingularem declarandam. At enim Moſchus

et

et dat veluti eius genealogiam, et omnem Iiis Argique hiſtoriam, quae ſplendide atque artificioſe inſculpta fuiſſe dicitur, late ediſſerit. (a vers. 39-62.) Elegantiſſimum eſſe, equidem fateor, epiſodium, ſi per ſe conſideres: habet ſuas virtutes;

Sed nunc non erat his locus.

Si Moſchus argumentum tractaſſet ſterile, quod alienis opibus excoli atque ditari debuerat, aut ſi hiſtoria filiae Inachi magnam habuiſſet ſimilitudinem cum fatis Europae, illud epiſodium haud iniquo loco fuiſſet intextum. Enimuero, quod Io oeſtro percita pedibus per mare ambulat natanti ſimilis, quod homines duo in littore bouem ποντοπόρον *pontigradum* ſpectant, quod Iupiter vitulam marinam *) manu diuina placide mulcet, ea omnia parum conueniunt Europae hiſtoriae. Habet Homerus frequentes doni cuiusdam genealogias, ſed apto loco inſertas. Copioſe deſcribit Theocritus (Idyll. I. vers. 27. ſqq.) poculum, ſed id inſtar praemii pars fuit carminis neceſſaria: quos ſi Moſchus imitaturus dicitur, num apte imitatus ſit, et iuſta vti poſſit excuſatione, ſubdubitamus.

Feſtiue porro et graphice deſcribit, quos in prato flores certatim decerpſerint virgines. atque alacritatem venuſte innuit vers. 67. πολλὰ δ' ἔραζε Λειμώνων ἐαροτρεφέων πίπτεσκε πέτηλα, *multaque in terram pratorum vernorum cadebant folia.* Tum Europae venuſtas maiori laude et ad ſenſum effi-

*) Obiter moneo, verſum 511. πορτιος εἰναλίης, quod Io in vaccam, non in vitulam marinam, ſeu phocam mutata fuit, Pierſonio in Veriſimilibus pag. 51. menda laborare, et corrigendum ſic videri, πόρτιος Ἰναχίης. Anthol. III. cap. 12. ep. 4. v. 1. Ἰναχίης ἐκ εἰμὶ βόος τύπος. Plura vide apud illum.

cacius efferri non potuerat, quam Moſchus fecerat vers. 71. Οἵα περ ἐν Χαρίτεσσι διέπρεπεν Ἀφρογένεια, *Excellebat, ſicut inter Gratias Venus*, Iam vero Gratiis pulcerrimam quamque comparare ſolent poetae, (vide Schrader ad Muſaeum pag. 199.) At hoc non ſuffeciſſe viſum fuit Moſcho: a Venere ipſa ſumit comparationem. Quanta laus eſt! et quanta maieſtas in breuitate! Nunc videmus pulcerrimam, poetice ſignatam, quam ab omnibus facile poſſimus diſcernere. Quid igitur mirum eſt, Iouem, feminarum venuſtate excellentium venatorem, venuſtate illius paene diuina fuiſſe captum? Sagittis Veneris, quae ſola poteſt etiam Iouem domare, ictus, mutat corpus, ad ſuſpicionem iramque Iunonis euitandam, atque fallendam virginem, et fit taurus: vers. 74 - 79. Cur vero Ioui Veneris auxilium opus fuerit, non videmus: inani illa loco agit. Forſan recordatus eſt poeta, ſe ab initio cecini ſſe, a Venere ſomnium Europae fuiſſe miſſum; an alium carminis exitum hic mente conceperat? Quod autem verſu 79. legitur:

Κρύψε θεὸν, καὶ τρέψε δέμας, καὶ γίγνετο ταῦρος,

haec argutia fere eſt ſophiſtica, vti iam bene monuit Hemſterhus. ad Luciani dial. mar. XV. p. 325. et prodit Moſchi aetatem, quae a vera ſimplicitate deſciſcens, argutias captare ſolebat. Atqui Κρύψε θεὸν, Venus *occuluit deum*, mirifice minuit vim et potentiam Iouis! Apud Homerum contra Iuno ad conſopiendum Iouem, probabilitate poetica melius ſeruata, cingulum, cui magna vis inerat, a Venere petit. Forſan vero Moſchus ſcripſit Κρύψε, aut κλέψε θέαν, Iupiter ipſe *formam occultauit;* et *clepere* pro *occultare* Latini quoque dixerunt. (vide Dorville ad Chariton. pag. 507.) qua quidem ratione durities oratio-

orationis aliquanto mitigaretur: et nominatiuus ἀλευόμενος v. 76. qui alias exitu caret iusto, aliquam versus superioris requirit emendationem. Pari modo Heinsius verba Silii Ital. VI. 307. *Martem regere*, mutat in *tegere*, quoniam de insidiis agitur. Multo concinnius scripsit Horatius III. od. 27. vbi eamdem ornat fabellam. v. 25. *Sic et Europe niueum doloso credidit tauro latus.* A versu 80-84. nugari videtur Moschus: Taurum hunc fuisse scribit, Οὐχ οἷος σάθμοις ἐνιφέρβεται etc. *non qualis in stabulis nutritur, neque qualis sulcum secat trahens curuum aratrum; Neque qualis inter armenta pascitur, neque qualis ille, Qui domitus valde onustum trahit plaustrum.* Quis auet scire, qualis non fuerit ille taurus?

Proiicit ampullas et sesquipedalia verba.

Tum vero formam ipsam, oculos et cornua (quae eleganter et poetice dicuntur, aequalia inter se e capite emersisse, *sicut orbes lunae cornutae, dimidiatos ambitus,*) apte describit. Corpus *flauum* fuisse scribit: contra Lucianus dial. mem. pag. 326. *) et Oui-

*) Ἡ μὲν Εὐρώπη κατεληλύθει ἐπὶ τὸν ἠϊόνα παίζουσα, τὰς ἡλικιώτιδας παραλαβοῦσα· ὁ Ζεὺς δὲ, ταύρῳ εἰκάσας ἑαυτὸν, συνέπαιζεν αὐταῖς, κάλλιστος φαινόμενος· λευκός τε γὰρ ἦν ἀκριβῶς, καὶ τὰ κέρατα εὐκαμπὴς, καὶ τὸ βλέμμα ἥμερος. ἐσκίρτα οὖν καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ ἠϊόνος, καὶ ἐμυκᾶτο ἥδιστον, ὥστε τὴν Εὐρώπην τολμῆσαι καὶ ἀναβῆναι αὐτόν. „Europa descenderat ad litus ludibunda, aequalibus adsumtis comitibus: ibi Iupiter, tauro quum se adsimilasset, vna ludebat, pulcerrimusque videbatur: etenim *albus erat perfecte*, cornibus scite intortis, et vultu placido: lascinius ergo subsaltabat in litore, mugiebatque suauissime, sic vt Europa auderet etiam inscendere taurum.„

Ouidius Metam. II. 852. colorem *niueum* memorant: neque vero eſt, quod alter vter inconſtantiae aut leuitatis ſit incuſandus: quippe quem quisque colorem maxime miratur poeta, eumdem huic tauro tribuere ſolet. At comparare lubet verba Naſonis, vt videamus, quid cuique proprium ſit.

Quippe color niuis eſt, quam nec veſtigia duri
Calcauere pedis, nec ſoluit aquaticus Auſter.
Colla toris exſtant, armis palearia pendent:
Cornua parua *) *quidem; ſed quae contendere poſſis*
Facta manu, puraque magis perlucida gemmis

Suas quisque habet virtutes, vt quilibet facile intelliget. Ouidius tamen probabilitatem magis, et rectius, quam Moſchus non minus quam Lucianus ſectatur, dum canit,

Induitur faciem tauri, mixtusque iuuencis
Mugit et in teneris formoſus obambulat herbis.

Non ſolus verſatur in prato, non terret aduentu inopinato: mixtus eſt iuuencis. Tum notationem animi muliebris, femina enim timidior eſt, et aufugit conſpiciens ignotum taurum, licet formoſum, ſenſim vero animum recipit et paullatim fit audentior, Ouidius exprimit rectius his verbis (v. 858. ſqq.)

miratur Agenore nata,
Quod tam formoſus, quod proelia nulla minetur.
Sed

*) Aut vti Heinſius coniecerat, et Hemſterh. ad Lucian. l. m. pag. 526. contra Burm. bene defenderat, *vara:* namque *parua* cornua parum placent.

Sed quamuis mitem, metuit contingere primo:
Mox adit et flores ad candida porrigit ora,
Gaudet: amans: et dum veniat ſperata voluptas,
Oſcula dat manibus. vix ah, vix cetera differt *)
Et nunc adludit, viridique exſultat in herba:
Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis;
Paullatimque metu demto, modo pectora praebet
Virgineaque plaudenda manu: modo cornua ſertis
Impedienda nouis; auſa eſt quoque regia virgo,
Neſcia, quem premeret, tergo conſidere tauri.

Ouidius igitur multo melius ſequitur rei naturam et muliebre ingenium, quam Moſchus: nam ſecundum huius fictionem, (a vers. 89 - 109.) vt primum taurus in pratum venit, nulla virginum timet illum, nec de fuga cogitat, ſed ſtatim propius adcedunt intrepidae. Stat ille coram Europa; lambit collum et demulcet virginem: haec vero contrectat eum, et placide *manibus ſpumam multam ab ore abſtergit et oſculatur*, (adeo humilem et ſordidam non opinor fuiſſe regis filiam; quamuis antiquiſſimos regis filiarum mores a noſtra aetate multum diuerſos fuiſſe, haud ignorem: et nimis cito omnia, quae probabilitatem poeticam et virginis intactae pudorem laedunt et ſuperant, hic conſequuntur,) taurus flectit genua ante Europam, et hanc intuens, ceruice retorta, latum illi oſtendit dorſum. Haec rogat comites, vt tergo inſideant: dorſum, inquit, recipiet nos *οἷα τε νηῦς*, *veluti nauis* (nempe, qualis antiquiſſima fuit, truncus arboris cauatae; alioquin ſimile egre-

*) Non dicam, haec obſcena eſſe; ſed, metum ea tauri libidine auctum potius, quam demtum fuiſſe, putarem.

egregie claudicaret:) laudat taurum, *νόος δέ οἱ ἠΰτε φωτὸς Αἴσιμος ἀμφιθέει*, *mens ei tamquam viro Benigna circumcurrit*, (eleganter positum est hoc verbum loco *ἐςὶ*, *est*, et lasciuiem oculosque sitientes atque amore tumentes apte exprimit:) ridens insidet tergo tauri, qui vero cum praeda sua aufugit.

Inde abit vlterius, mediique per aequora ponti
Fert praedam; pauet haec — —

vt Ouidius aeque ac Moschus, ille breuius, hic vero copiosius, rem vlterius persequitur. Tunc apud Moschum a versu 110-149. Nereides e mari emergunt, et ordine eunt: Neptunus fratri suo dux est itineris: Tritones conchis longis nuptiale carmen sonant. Sinuatur in humeris ampla vestis Europae. (Venustius autem Ouidius: *tremulae sinuantur flamine vestes*, motum enim pepli a vento agitati aptius descriptum videre mihi videor.) Luget et adloquitur taurum: qui locus est elegantissimus in hoc Idyllio. Non est nuda pictura, sed omnes agentes inducuntur, et cuilibet idonea attribuuntur munia. Idem a Luciano factum est, qui vero quaedam addit ornamenta, in monimentis quoque apud Montefalconium, Begerum aliosque partim expressa, quae a Moscho neglecta fuisse nolim. Deus iter facit per mare. Notus igitur, „statim pelagus, inquit, fluctibus vacauit, flustroque ad se attracto, leue sedatumque se praebuit: nos (venti) autem omnes quietem agentes, nihil aliud, quam spectatores solum eorum, quae fiebant, adsectabamur.„ *) Amores iuxta

*) En verba graeca! *ἥ τε γὰρ θάλαττα εὐθὺς ἀκύμων ἐγένετο, καὶ τὴν γαλήνην ἐπισπασαμένη λείαν παρεῖ-*

iuxta volantes *paullulum* fupra mare, fic vt *nonnumquam fummis pedibus delibarent aquam*, (quam facete hoc dictum fit, omnes fentient; aeque venufte Ouid. Faft. V. de noftra Europa, *Saepe puellares fubduxit ab aequore plantas:*) accenfas ferunt faces, et canunt hymenaeum: Venus denique a duobus Tritonibus fertur in concha decumbens, et varios flores infpargens fponfae. Si a Mofcho quoque Venus in focietatem laetitiae hic fuiffet vocata, fomnium ab illa miffum, et fagittae, quibus Iouem fauciaffe dicitur, melius intelligerentur atque aptius excufarentur. Apud Mofchum Iupiter formam tauri adhuc indutus Europae refpondet, eamque confolatur: apud Horatium (vbi oratio Europae eft vere lyrica) virgini raptae querenti adeft Venus, et fingultus mittere iubet: quae quidem fictio nobis ma-

παρεῖχεν ἑαυτήν. ἡμεῖς δὲ πάντες ἡσυχίαν ἄγοντες, ȣ̓δὲν ἄλλο ἢ θεαταὶ μόνον τῶν γιγνομένων, παρηκολȣθȣ͂μεν· Ἔρωτες δὲ παραπετώμενοι μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλατταν, ὡς ἐνίοτε ἄκροις τοῖς ποσὶν ἐπιψαύειν τȣ͂ ὕδατος, ἡμμένας τὰς δᾷδας φέροντες, ἦδον ἅμα τὸν ὑμέναιον. Αἱ Νηρηΐδες δὲ ἀναδῦσαι παρίππευον ἐπὶ τῶν δελφίνων, ἐπικροτȣ͂σαι, ἡμίγυμνοι αἱ πολλαί· τό, τε τῶν Τριτώνων γένος, καὶ εἴ τι ἄλλο μὴ φοβερὸν ἰδεῖν τῶν θαλαττίων, ἅπαντα περιεχόρευε τὴν παῖδα· ὁ μὲν γὰρ Ποσειδῶν ἐπιβεβηκὼς ἅρματος, παροχȣμένην τε καὶ τὴν Ἀμφιτρίτην ἔχων, προῆγε γεγηθὼς, προοδοιπορῶν νηχομένῳ τῷ ἀδελφῷ. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὴν Ἀφροδίτην δύο Τρίτωνες ἔφερον, ἐπὶ κόγχης κατακειμένην, ἄνθη παντοῖα ἐπιπάττȣσαν τῇ νύμφῃ.

gis placet *). Denique lepidum hiftoria habet exitum, qui vero verecunde narratur. Iupiter enim in infula Creta, alia adfumta forma, λῦσε οἱ μίτρην, et, quod deo dignum eft, Horae paraffe lectum finguntur: At haec fufficiant ad virtutes huius Idyllii non minus quam vitia, (quae quidem nobis videntur) cognofcenda. *Nonni* vero nugas in Dionyfiacis comparare, nos taeduit.

INDEX

*) vers. 66. fqq. — *Aderat querenti*
Perfidum ridens Venus, et remiffo
Filius arcu:
Mox vbi lufit fatis: Abftineto
Dixit, irarum calidaeque rixae,
Cum tibi inuifus laceranda reddet
Cornua taurus.
Vxor inuicti Iouis effe nefcis:
Mitte fingultus: bene ferre magnam
Difce fortunam: tua fectus orbis
Nomina ducet.





INDEX I

POETARVM GRAECORVM IN HAC ANTHOLOGIA EXCERPTORVM

(Quibus exemplaribus vſi ſimus, ſuo quaeque loco indicauimus.)

INDEX II

Exemplarium ac ſcriptorum praecipuorum, in notis et indice frequenter aut breuiter laudatorum.

Aeſchinis Socratici Dialogi tres graece iterum edidit — Io. Frider. Fiſcher. Lipſiae 1766.

Aeſopicae Fabulae graecae, quae Maximo Planudi tribuuntur — edidit Io. Michael Heuſinger Iſenaci et Lipſiae 1756.

Ammonius de adfinium vocabulorum differentia — notis illuſtrauit Ludou. Caſpar. Valckenaer. Lugduni Batau. 1739. accedunt Valckenarii animaduerſionum ad Ammonium Grammaticum libr. III. ibid.

Bogan (Zachariae) Homerus Hebraizans. Oxon. 1658.

Dorville critica vannus in inanes Io. Cornelii Pauonis paleas. Amſtel. 1737.

Duporti (Iacob) Homeri Gnomologia duplici parallelismo, illuſtrata. Cantabrigiae 1660.

Epicteti Enchiridion Graece et Latine cum Scholiis graecis — et nouis animaduerſionibus (a Chriſt. Gottlob Heyne) Dresdae et Lipſiae 1756.

Guys Litterariſche Reiſe nach Griechenland, oder Briefe veber die alten vnd neuern Griechen, aus dem Franzöſiſchen tom. I. II. Lipſiae 1772.

Herodoti Hiſtoriarum libri IX. ex editione Weſſelingii cum eiusdem et Valckenarii notis. Amſtel. 1763.

Heſiodi opera ex recenſione Io. Clerici. Amſtelod. 1701.

Heſychii Lexicon — edidit Io. Alberti tom. I. 1746. tom. II. 1766.

Hoogeueen (Henr.) doctrina particularum linguae graecae 1769. tom. I. II.

Iſocratis Panegyricus recenſuit et illuſtrauit Sam. Frid. Nathan. Morus. Lipſiae 1766.

Iunii (Hadriani) Animaduerſa eiusdemque de Coma commentarius. Rotterod. 1708.

Klotz veber den Nutzen vnd Gebrauch der alten geſchnittenen Steine vnd ihrer Abdrücke. Altenb. 1768.

Krebſii (Io. Tob.) Obſeruationes in Nouum Teſtamentum e Flauio Ioſepho. Lipſiae 1755.

Kuſte-

Kusteri, *Clerici*, *Clarkii* et *Schmidii* de verbis Graecorum mediis commentatt. recens. *Christoph. Wolle*, ed. 2. Lipsiae 1752.

Kypke (Georg. Dau.) obseruationes in Noui Foederis libros tom. I. II. Wratislau 1755.

Lessing (Gotth. Ephraim) Laocoon oder veber die Grenzen der Mahlerey vnd Poesie. Mit beygefügten Erläuterungen verschiedener Puncte der alten Kunstgeschichte. tom. I. Berol. 1766.

Maittaire (Mich.) de Graecae linguae dialectis. ex edit. I. F. Reitzii. Hagae Comit. 1738.

Moeridis Atticistae lexicon Atticum ex edit. Ioan. Piersonii. Lugd. Batau. 1759.

Musaei de Herone et Leandro carmen ex recensione Io. Schraderi. Leouardi 1742.

Oppiani de Venatione libr. IIII. de Piscatu libr. V. opera Conradi Rittershusii. Lugduni Batau. 1697.

Palaephatus de incredibilibus historiis graece. cum animaduers. Io. Frid. Fischeri. Lipsiae 1760.

Piersoni Verisimilium libri duo. Lugd. Bat. 1752.

Suidae Lexicon ed. Lud. Kusteri Cantabr. 1705. III. Vol.

Thomae Magistri ὀνομάτων ἀττικῶν ἐκλογαι. — opera *Io. Steph. Bernard.* Lugd. Bat. 1757.

Timaei Lexicon vocum Platonicarum Lugd. Bat. 1754. edidit Dau. Ruhnken.

Vechneri (Dan.) Hellenolexias siue Parallelismi graeco-latini libri duo. ed. Heusingeri. Gothae 1733.

Vigerius (Franciscus) de praecipuis Graecae dictionis idiotismis edit. Henr. Hoogeueen. Lugd. Bat. 1766. edit. tertia.

Virgilius collatione scriptorum Graecorum illustratus opera — Vrsini — ex editione Valckenar. Leoward. 1747.

Winkelmanns Io. Geschichte der Kunst des Alterthums I. II. Theil. Dresdae 1764.

Eius-

Eiusdem Anmerkungen veber die Geſchichte der Kunſt des Alterthums. ibid. 1767.

Xenophontis Memorabilium Socratis dictorum libr. IIII. edit. tertia I. A. Erneſti. Lipſ. 1755.

INDEX III

Flos

INDEX IIII

A.

nem

Ἀνίκα

 ἀλα-

Ἀσχε-

"Αφθιτος *incorruptus, immortalis* Mim. I. 1. v. not.

'Αφρὸς, ȣ̃, ὁ *spuma* Mosch. II. 95.

'Αχελώϊος s. 'Αχελῷος Call. H. in Cer. v. 13. fluuius hic prae aliis Graecorum celebris pro quauis aqua apud veteres poetas sumitur. v. Spanh. ad h. l.

"Αχραντος, ȣ, ὁ, ἡ *impollutus* Mosch. II. 73.

'Αωρὶ idem valet ac ἀκαίρως *intempestiue* Th. XI. 40. *Thom. Magister*, ἀωρὶ. νυκτὸς ἀωρία, vbi vide longam obseruat. Hemsterh. et adde Ernest. ad Hom. Od. μ. 69.

'Αὼς, αος, ȣ̃ς, ἁ dor. pro ἡ ἠὼς aurora Th. XI. 15.

"Αωτος Pindar. 22. v. ἄνθος.

B.

Βαθὺς et composita βαθυπλόκαμος vid. ad Mosch. II. 201. et Call. H. in Cer. 114.

Βαιὸς, ἀ, ὸν *paruus, exiguus* Mosch. I. 18. 23.

Βάλλειν, *adiicere* Anacr. 29, 21. βάλλεσθαί τι εἰς θυμὸν v. ad Mosch. II. 74.

Βάρβιτον *Lyra septichordis*, eburnea An. I. 3. conf. not. Fabri, et L. Bos. animaduers. pag. 75. 76.

Βαρύδȣπος, *Grauisonus* Mosch. II. 116. epith. Neptuni.

Βαρύθυμος, ὁ, ἡ *tristis, abiectus animo* Call. H. in Cer. 81.

Βέβαλος dor. pro βέβηλος *profanus* Call. H. in Cer. 3. profani ibi sunt, quibus nec templum Cereris, in quod deferebatur Calathus, adire, aut mysticis eiusdem Deae sacris interesse licuit, imo nec eamdem eius pompam comitari.

Βιάζομαι med. me cogo, *eluctor, luctor* Mosch. II. 13. conf. Schmid de verb. mediis ed. Wolii p. 258. 262.

Βίον διάγειν *vitam, aetatem transigere* P. 31. βίος apud Theophr. prooem. 2. char. significat *instituta vitae*. Apud *Orph.* H. 18, 22. et 37, 16. βίος καὶ κτήματα coniunguntur, et βίος indicat *victum*. Iam

Iam dicitur pro *viuentibus*, vti Latinis *vita*. qua de notione copiofe agit *Klotzius* ad Tyrtaeum p. 64. Ἐκπνέυειν βίον, *animam exfpirare* habet *Lycophron*. 807.

Βίοτος, ὁ, ὁ, *vita* Anacr. IV. 8.

Βλάπτω *laedo, noceo* Pyth. 39.

Βλέμμα, τὸ, *adfpectus*. Blick des Auges. Anacr. 28. 18.

Βλέφαρον, τὸ, *palpebrae*, pellis oculis obducta, et hos tegens: a Cicerone tegumenta oculorum. An. 28. 17. Mofch. II. 3. conf. Camerarii comment. vtriusque linguae p. 101. feq.

Βλοσυρὸς *adfpectu terribilis* Call. H. in Cer. 53. bene de leaena crudipara. vbi vid. Spanhem. et Oppian. Cyneg. III. v. 8.

Βομβεῖν vid. ad Sapph. II. 10.

Βοόωσα *poet. praef. part. pro βοῶσα, *clamitans*, *clamore requirens*, a βοάω. Bion. I. 24. vid. Maittaire de dialectis p. 313.

Βόστρυχος Anyt. 4. proprie; *muliebris cirrus*. Aefchylus in Prometh. vinct. v. 1043. audacter canit: πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος *ignis anceps capillitium*.

Βούβρωσις *fames dira* Call. H. in Cer. v. 103. vbi v. Spanh. qui ex Schol. Nicandri Ther. p. 28. βούβρωσις proprie nutrimentum, ibi vero angorem et moerorem fignificare: Veteres Critici ad Hom. Il. ω. v. 532. βούβρωσις proprie quidem magnam et moleftam famem, nunc autem pro magno angore et moerore poni: alios accipere commiferationem. Oppian. Halieut. II. v. 207. in forma adiectiui adhibuit.

Βουλέυομαι, *mecum delibero*, vel *confulto*. Pyth. 27. conf. Kufter de verbis mediis pag. 65. 66.

Βούπεινα, ἡ. Call. H. in Cer. 23. vbi v. notam.

Βοῶπις magnis oculis formofa Hom. H. v. 2. vbi v. not.

Βροτὸς, ὁ, ὁ *mortalis* Pyth. 17. βροτοῖσι dat. pl. ion. et poet. pro βροτοῖς Pyth. 63.

Δ. Δα-

Δ.

Δαιδαλόω, *exorno* Pind. 120. κοσμήσειν, ποικίλλειν. Schol.

Δαΐζω *confodio, faucio* Tyrt. II. 17.

Δαίμων. 1) Daemon fiue h. l. *anima defuncti* v. not. aliis; *vir praeftanti virtute* Pyth. 3. hinc δαιμόνιος venerandus apud Hefiodum Θ'. 655. aliosque. Lycophronti vers. 1472. δαίμων eft δαιμόνιον numen quoddam fummum. vid. ad h. l. *Meurs.* in *Potteri* edit. pag. 104. 2) Apud Pyth. v. 17. eft δαιμονίησι (Ion. pro δαιμονίαις) τύχαις *cafibus diuinis, forte diuina.*

Δαίνυμι *conuiuium paro* Call. H. in Cer. 85.

Δαΐς, ιτος, *conuiuium* Call. H. in Cer. 55.

Δακρύοντι, dor. pro δακρύουσι *deplorant* Bion. I. 34.

Δαμάτηρ dor. pro Δημήτηρ *Ceres.* Call. H. in Cer. 2. v. Spanh. ad v. 137. fin.

Δαμέντα part. a. 2. med. a δμάω vel δαμάω, *domo, fupero* Pind. 65.

Δαμόσιος dor. pro δημόσιος *publicus* Call. H. in Cer. 43.

Δαπανάω *fumtus facio, fplendide viuo* Pyth. 32. Apud Xenoph. Apol. 19. pag. 108. ed. Bacchii eft πολυδάπανος, et opponitur εὐδιαίτῳ.

Δάσας dor. pro δήσας, a δέω *ligo* Mofch. I. 24.

Δὲ pro καὶ Anacr. I. 2. v. L. Bos Animadu. pag. 75.

Δὲ δὴ Mofch. I. 20. vti apud Plutarch. de educat. XI. 8. et indicat, narrationis partem leniffime fuccedere, vt Gronou. ad Herodo. p. 857. obferuat. qui in notis huius particulae vim faepius inueftigat.

Δέδορκε vid. ad Pind. 152.

Δείδιθι poet. pro δέδιθι, et hoc pro δέδιε, imperat. perf. med. δέδια, verbi δείδω *timeo* Mofch. II. 150.

Δειλὸς 1) *malus, inutilis,* improbus Pyth. 21. opponitur ἐσθλῷ *bono.* vid. cl. *Valckenar* ad Eurip. Phoeniff. v. 1011. Lamb. Bos exercitt. philol. in N. T. pag.

Διαδάζω *diſtribuo* Pind. 81.

Δίαιτα *vitae ratio* et *inſtitutum: victus* quoque *ratio* et *genus* Pyth. 35 ſed τόπον quoque βίȣ denotat Plin. II. Ep. 17. De vi et poteſtate forenſi v. *Hemſterh.* ad Polluc. pag. 892. et 951. ac *Fiſcher* in indice ad Theoph. ſub h. v.

Διάκειμαι. διάκεινται *conſtituti, diſpoſiti ſunt.* Pyth. I. At cum aduerbio adcommodat ſenſum poteſtati aduerbii, aut ſi additur praepoſitio πρός τινα tunc ſignificat eſſe, *adſectum eſſe erga aliquem.* vide Stephani Theſaurum et Reitz. ad Luciani bis accuſatum 17. pag. 812. tom. II. Lexicon Polybian. pag. 28. ad edit. Erneſtinam.

Διακονέω Anacr. 4. 6. proprie dicitur de *ſeruis,* qui cibum potumque miniſtrant. vid. Wettſt. ad Matth. IIII. 11.

Διακόπτω *diſcerno, diſcerpo.* Anacr. XXVIII. 14. *zertrenne ſie nicht* ſc. *merklich.*

Διατμήσσω *diſſeco, diſcindo* Moſch. II. 81.

Διδάσκευ 2. ſing. praeſ. imperat. dor. pro διδάσκȣ, a διδάσκομαι *diſco* Pyth. 30. conf. Kuſter de verbis mediis.

Δίδοι dor. pro δίδȣ, a δίδωμι *do.* Pind. 136.

Δίδυμος, ὁ, ἡ (attice δίδυμος, η, ον) *geminus* An. 29. 31.

Δινήεις, εσσα, εν, *vorticoſus* Moſch. II. 55.

Διονύσιος, ία, (ion. ίη) ιον. *Bacchicus.* An. 29. 33.

Δίφρος, ὁ, proprie, currus certatorius duobus aptus, ſeſſori et aurigae, quaſi δίφορος. Pind. 140.

Δολιχὸς, ȣ̃ *longus.* Moſch. II. 122.

Δόμος *triclinium* Call. H. in Cer. 55. vbi v. notam.

Δονέυω *agito.* Bion. IIII. 5.

Δȣρὺ, poet. pro δορὺ, ατος, *haſta* Tyrt. II. 20.

Δράγμα, ατος *manipulus* Call. H. in Cer. 20.

Δραπετίδας dor. *fugitiuus* Moſch. I. 3.

Δρέπτω poetice poſitum videtur pro δρέπω *decerpo.* Moſch. II. 69. Deeſt in Theſ. Steph. Sed reperi quoque in Anytae fragmentis (pag. 96. ed. Wolfii

Poe-

'Ει-

parte abditus eft Call. H. in Cer. 88. vbi vide Spanh. a *μυχὸς*, *ῦ*, *penetrale.*

'Ἐνι cum accentu, qui poft *ᾧ* pofitus eft, *in quo.* Call. H. in Cer. 55.

'Ἐνιαύω, *cubo, indormio* Bion. I. 72.

'Ἐνναετὴρ, ῆρος, ὁ, *inhabitator, incola.* Mofch. II. 119.

"Ἐννομα *legitime.* P. 13. vbi quidem Camerarius *ἔντομα* minus recte coniecerat v. Schier obs. *ἔννομα ῥέζειν* h. l. iufta facere manibus, et *ἱερὰ* fubintelliges. Hom. Il. *α*. 140. *ἱερὰ ῥέξας* v. etiam *ῥέζω*.

"Ἐννομος, ὁ, ἡ *legitimus, iuftus* Pyth. 3. fupple *δῶρα*. Hierocles exponit daemonum h. e. fapientum dictis parere i. e. cum fide et iuftitia viuere.

'Ἐντὶ dor. pro *εἰσὶ funt.* Theocr. XI. 45. etc. Mofch. I. 20. 27. etc.

'Ἐντύνω *inftruo, adparo* Mofch. II. 30.

'Ἐξακέω *medelam adhibeo, fano* Pyth. 66.

'Ἐξαπίνας dor. et poet. pro *ἐξαπίνης*, vel eo, quod frequentius eft, *ἐξαίφνης fubito.* Call. H. in Cer. 61. confer Kypke Obss. facr. pag. 174.

"Ἐξειμι *egredior.* An. 30. 8.

'Ἐξένθοις, ἐξενθοῖσα Th. XI. 63. dor. pro *ἐξέλθοις, ἐξελθοῦσα.*

"Ἐξοχα, *nimium,* egregie, eximie Th. XI. 1.

'Ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν poet. *fuus, a, ūm.* Mofch. II. 11.

'Ἐπαιάζω, *illacrimor, adlamentor* Bion. I. 1. et faepius.

"Ἐπειθ' pro *ἔπειτα, deinde* Pyth. 2.

'Ἐπέξειμι *percurro, percenfeo, ἐπέξιθι* eft 2. fing. imp. praef. Pyth. 43.

"Ἐπη *verfus,* Pyth. infcript. more antiquiffimorum, qui omnia verfibus confcribebant. ab *ἔπος verbum, oratio.* vide notam.

'Ἐπὴν pro *ἐπὰν quandoquidem* Th. XI. 78.

'Ἐπὶ cum genit. *fub.* Call. H. in Cer. 39.

'Ἐπιδέυομαι, *indigeo* Mofch. II. 107.

'Ἐπι-

Z.

H. 'Hδ

H.

etiam bono occurrit, vt apud Hesiod. ε. 340. Est vero, teste Schol. Aristoph. ad Ranas v. 252. feruor sanguinis, qui circa cor mouetur, ira feruens: et differt ab ὀργὴ, quae est libido vlciscendi et puniendi eum, qui laesisse videtur iniuria. 2) *fortitudo, ardor, animosus impetus*. Tyrt. I. 13. vbi v. Klotz. θυμὸν ποιεῖτε fortes estote Tyrt. I. 17. vbi v. notam.

Θυόεις *odoratus* Mosch. II. 68.

Θώτερον dor. pro τὸ ἕτερον Th. XI. 32.

I.

Ἰαίνω *calefacio*, tum perfundo laetitia, *exhilaro* Mosch. II. 72.

Ἰᾶσθαι, ab ἰάομαι, *sanare, mederi*. Pyth. 19.

Ἰδίῃ ion. pro ἰδίᾳ, *priuatim, separatim* Pyth. 12. proprie est datiuus pro ἐν ἰδίᾳ χώρᾳ. V. G. ἰδίᾳ τῶν ἄλλων, *seorsim ab aliis*. v. not. conf. Lamb. Bos. Ellips. Gr. sub voc. χώρα pag. 247.

Ἴδρις, εως, ὁ, ἡ *peritus* Pindar. 167. vbi supple μᾶλλον.

Ἰέναι ἐγγὺς *congredi* Tyrt. II. 29.

Ἵμερος, ου, ὁ *desiderium, cupido* Mosch. II. 86.

Ἱμερτὸς, ου (ion. οῖο) ὁ *desiderabilis* Mosch. II. 91.

Ἵνα, *vbi*. Mimner. IIII. 9. v. Hoogeu. ad Viger. pag. 400. 2) cum fut. indicat. ad Call. v. 138.

Ἵππος, *equus*, in plur. ἵπποι *currus*, sic *equi* Latinis saepissime pro *curru* dicuntur. Call. H. in Cer. 87. vbi vid. Ruhnken. Pind. 66.

Ἱπποχάρμας dor. pro ἱπποχάρμης, qui equis delectatur Pind. 35. Aptum epitheton, διὰ τὸ ἱπποτροφεῖν, ita vt, secundum Scholiasten, haec victoria non fortuito obtigisset, sed maxima cura et diligenti praeparatione adhibita.

Ἴσθι 1) pro ἰσάσθι scito, ab ἴσημι Pind. 9. 2. imperat. praes. 2) ἴσθι *sis* imperat. ab εἰμὶ Pyth. 38.

Ἰταμὸς, ἡ, ὸν, *temerarius*, *proteruus* Mosch. I. 13.

 Ἴτυς

Ἴτυς 1) *circuitio palpebrarum* An. 28. 17. v. Schneider ad h. l. pag. 223. 2) *Clypeus.* Anyt. 1. 4. proprie, vmbo orbis f. circumferentia clypei.

K.

Κάζω, *orno, instruo* Mosch. II. 57.

Καθάρειος, ὁ, ἡ *purus, mundus*, praesertim in victu et cultu corporis. Pyth. 35.

Καθῖσο poet. pro καθῆτο et hoc ion. pro ἐκάθητο, 3. sing. imperf. a κάθημαι sedeo, alii 3. sing. plusquamperf. ab ἕζω deriuant. Call. H. in Cer. 115.

Καθίζω. An. 22, 2. vbi v. not. IX. 33. vbi v. not.

Καθυπερθεν *in summo loco.* Pyth. 69.

Καί γε, *immo, immo vero.* Pyth. 36. καὶ δὴ *et vero* Th. XI. 6. Viger. pag. 458. 478.

Καίνυμι *vinco* Mosch. II. 92. v. Hesych. vocc. καινία et καίνυθαι ibique interpretes.

Καλεῦσα, dor. pro καλοῦσα, *vocans* Bion. I. 24.

Καλιστρέω, *voco, inuoco* Call. H. in Cer. 98.

Κάλλιμος *optimus* Hom. H. v. 4. conf. Hom. Od. λ. 639. ibique Schol.

Καλὸν *decet, honestum, praeclarum.* Tyrt. I. 1. v. *Alberti* obss. philol. pag. 107.

Κάρη, τὸ indeclinabile, *caput* Tyrt. I. 23.

Κάρηνον, ου, τὸ, *caput* Mosch. II. 87.

Καταγώγιον, ου, τὸ *diuersorium.* An. XXII. 8.

Καταθέλγω, *demulceo* Mosch. II. 94.

Καταπέψαι (a καταπέπτω concoquo) μέγαν ὄλβον concoquere magnam felicitatem, h. e. magna felicitate illa ita frui non potuit, vt in officio continuisset et permansisset. Pind. 87. vbi vid. not.

Καταῤῥέω *defluo.* Bion. I. 55. vbi vid. not.

Καταχθόνιος, ὁ, ἡ, *terrestris, terrenus.* Pyth. 3. Hierocl pag. 45. καταχθονίους — ὡς δυναμένους ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι, καὶ γήϊνα σώματα ὑπεισιέναι

καὶ

Κλιντὴρ, ῆρος, ὁ, *fella apta*, ad declinandum corpus, in qua reclinare, aut in qua recliui ceruice recumbere possumus, *lectulus, lectica* Bion. I. 74.

Κλύμενος *inferi*, Anyt. 22 *Suidas* Κλύμενος· οὕτω λέγεται ὁ Ἅδης· ἢ ὅτι πάντας προσκαλεῖται εἰς ἑαυτόν· ἢ ὁ ὑπὸ πάντων ἀκούμενος.

Κναμὼς dor. accuſ. plur. pro κνημοὺς, a κνημὸς *collis*. Bion. I 36.

Κνώσσειν vid. ad Moſch. II. 6.

Κοιμάομαι med. facio me dormire h. e. *dormio*, aut apud Anacr. IX. 33. vti ſaepius, *cubo*, vid. ad Anacr. XXXX. 2.

Κοίρανος *dominus, magiſter*, An. 28. 3. vti *Rex* apud Hor. I. od. 36. 8.

Κόλπος de veſte, eſt illa veſtis in humeros reiectae cauitas, quam Latini ſinum adpellant Moſch. II. 123.

Κομίζω, *fero, porto*. Anacr. IX. 16.

Κονίησι ion. pro κονίαις, a κονία, ἡ *arena, puluis*. Tyrt. II. 19.

Κόρη et παρθένος ſunt ſynonyma. v. ad Moſch. II. 161.

Κόρος *ſatietas*. ἀμφοτέρων εἰς κόρον ἠλάσατε, *vtrumque ſatis experti eſtis*. Tyrt. II. 10. vid. ad Pindar. 89.

Κόρυς, υθος, ἡ *galea*. Hom. H. 10.

Κορύφοω, *erigo, attollo*. Pind. 181.

Κορώνη, *cornix*. An. 9. 37. vbi v. notam.

Κοτέω, *iraſcor* Call. H. in Cer. 58.

Κυριδίη ἄλοχος *Euſtath.* verba ad Il. α. pag. 127. ed. Polit. excitat Klotzius ad Tyrt. 6. Euſtathius autem ita: Κυριδίη δ' ἄλοχος, ἣν τις κόρην ἔτι οὖσαν ἠγάγετο, οὐ μὴν ἑτέρῳ προσζευχθεῖσαν εἰς γάμον, ἢ καὶ ἄλλως γραῦν.

Κόχλος, ου, ὁ *concha* Moſch. II. 120.

Κρὰς, κρατὸς, ὁ *caput*. An. 4. 15. v. Thom. Magiſtr. pag. 530. ibique interpretes, de hoc vocabulo, quod

quod Euſtathius aeui recentioris eſſe putat. conf. Fabrum ad Anacr. l. d.

Κρατεῖν. 1) *moderari, imperare, continere.* An. IX. 10. Pyth. 9. 10. 11. 2) firmiter obſeruare, *tenere.* conf. Kypke Obss. in N. T. p. 170. tom. I. Pyth. 49. 3) *compotem fieri, vincere* P. 65. conf. Perizon. ad Ael. V. H. II. 4. p. 74. ed. Gronou.

Κρατέομαι *conuenio* Pyth. 51. ſed vid. not.

Κράτος, *victoria.* Pind. 34. 126.

Κρόκος crocus, herba vnguentis idonea. Moſch. II. 68. *Salmas.* in Exercitt. Plinian. pag. 1062. 1063. multus eſt de hac herba. Atque crocinum vnguentum inter luxuriae delicias, nec medicis aptum modo, ſed etiam naribus gratum: et odor croci veteribus adeo gratus fuit, vt tota theatra croco fluerent. In croco fila lutea de medio ſurgunt, quaſi quidam mucrones vel cuſpides, quae tamquam in ſpica ariſtae ita et ipſa faciunt, vt crocus *ſpica* vocetur. Hinc κρόκος σαχυότριξ vel ξανθότριξ.

Κρόταφος, ῳ, *tempus,* capitis pars Th. XI. 9. vbi eſt adcuſ. plur. dor.

Κρωγμὸς, *cornicatio* epigr. I. pag. 149. κρώζειν tribuitur cornicibus v. Heſiodum ἐργ. v. 747. ibique Moſchopulum et Heſych. in κρώζειν.

Κτᾶσθαι *poſſidere.* Pyth. 16.

Κτερεΐζω *exſequias celebro.* Call. H. in Cer. 102.

Κυάνεος, *niger.* An. 11. 29. *Heſych.* κυάνεος. μέλας, σκότινος. v. interpret. ad h. l. et *Stephan.* ad noſtrum Anacr. ad quem locum vid. Schneider in den Anmerkungen veber den Anacreon pag. 246. ſq. non enim atrum et omnino nigrum colorem indicat. vnde κυανόστολος *pullatus* Bion. I. 3.

Κυλίνδροι, Cylindri P. 57. Diogenes Laertius, κύκλος ἀνάγκης, *Virg.* temporis orbis. v. Schier ad h. l.

Κυλίω

Λάχνη,

Λάχνη, ἡ *lanugo.* Pind. 110.

Λάχος pars noctis Mosch. II. 2. a λαγχάνω v. not.

Λέγοισαι dor. pro λέγουσαι, dicentes Bion. I. 92.

Λέγοντι dor. pro λέγουσι *dicunt.* Bion. I. 32. confer Maittaire de dial. pag. 223.

Λέγωμες dor. pro λέγωμεν. Call. H. in Cer. 18.

Λείριον, τὸ *lilium.* Mosch. II. 32.

Λέλογχε praet. med. a λαγχάνω *fortior*, consequor Pind. 84. ἐκλήρωσεν Schol. dedit.

Λεπτὸς *tenuis.* λεπτὸς ἐὼν *marcescens* Th. XI. 69. vbi vide Reiske. Hesych. λεπτὸν, ἀσθενές. vbi vid. Abresch. λεπτὸν ἀποψύχων, aegre animam ducens. Bion. I. 9.

Λευκὸν ἔαρ *faustum ver.* Call. H. in Cer. v. 123. vbi vide Spanhem.

Λέων, οντος, ὁ leo. Anacr. II. 4.

Λῆς dor. pro θέλῃς a θέλω, vel potius a verbo dor. λάω, λῶ. (vid. Koen. ad Gregor. pag. 115.) *volo.* Anacr. X. 7. Theocr. XI. 56.

Λικνοφόρος *Canephora* Call. H. in Cer. 127. v. Spanhem.

Λίμος αἴθων *ardens fames* Call. H. in Cer. 127. vid. Spanhem.

Λιπαρὸς, ὰ, ὸν, splendidus, nidens. An. 29. 3.

Λιχμάζω, *lambo.* Mosch. II. 94.

Λογίζομαι, *mecum reputo* Pyth. 39 41.

Λοιπὸν, plene dixeris, κατὰ aut μετὰ τὸ λοιπὸν μέρος aut διάστημα, (vid. Lambert. Bos et Schwebel de Ellips. graec. pag 85 et 195.) *in futurum.* An. I. 10. τὸ λοιπὸν, reliquum, quod restat. An. 28. 29.

Λόξιον αὐχένα ἔχειν. Tyrt. II. 2.

Λόφος crista in galea Tyrt. II. 26.

Λύγδινος An. 28. 27. vbi v. not.

Λυγρὸς, ὰ, ὸν *grauis*, tristis Pyth. 59.

Λυσιμελὴς, *membra resoluens* Mosch. II. 4.

Λύω

Μάνδρα,

Μάνδρα, ἡ ſtabulum. Call. H. in Cer. 106.

Μανία, ἡ furor, inſania; ſed vſurpatur pro quouis nimio animi motu, e. g. libidine potandi et amandi, aut, vt *Foeſius* in Oeconom. Hippocratis dicit pag. 396. praeeunte Galeno, pro vehementi quadam mentis abalienatione Th. XI. 15. de libidine amoris. An. XIII. 12. coniungit μανῆναι cum vtraque. vide etiam μαίνομαι.

Μανύτας dor. pro μανύτης, ου, ὁ index. Moſch. I. 3.

Μάρναμαι *pugno*. Tyrt. II. 11.

Μαστὸς, ὁ *nutrix*. Call. H. in Cer. v. 96. vbi Schol. ὁ μαστὸς, ὃν ἔπινεν, ἤγουν ἡ τροφός. conf. Spanhem.

Μάταια poet. pro μάτην *fruſtra, temere*. Anacr. IV. 12.

Μάτηρ dor. pro ἡ μήτηρ *mater*. Theocr. XI. 26.

Μεγασθενὴς, praepotens. Pind. 38.

Μεδέω *curam gero, impero*. Moſch. II. 145.

Μειδάω *rideo*. Moſch. II. 108.

Μειδιάω *ſubrideo* Sapph. I. 14. vbi vid. notam et Klotz de audacia Horatii p. 155. in opuſculis.

Μειλίχιον (neutrum pro aduerbio) *placide, blande*. Moſch. II. 97.

Μείλιχος, *blandus*. Moſch. II. 105.

Μελίσδω dor. pro μελίζω modulor. Bion. IV. 5. 10.

Μεμαλότας, dor. pro μεμηλότας adcuſ. part. perf. μεμεληκὼς, per ſyncopen μεμηλὼς, a μέλει *curae* eſt. Pind. 145.

Μέμικται, *honoratus eſt et adhuc honoratur*. nota vim perfecti Pind. 147. a μίγνυμι miſceo, Schol. explicat bene, τιμᾶται.

Μὲν *quidem*. P. I. de eleganti huius particulae vſu ab initio orationis vide *Viger* de idiot. graecae diction. pag. 382. *Kypke* in Obs. T. II. p. 1. *Raphel*. in Obs. Xenophont. et Wolf in cur. phil. et crit. ad Act. Apoſt. I. 1. ſaepe nequit latine reddi.

Μενοι-

Μυσίσδων dor. pro μυσίζων a μυσίζω cano. Th. XI. 81. vid Port. Lex. Dor. f. v. μυσίσδειν.

Μυκάω *mugio*. Mofch. II. 97.

Μῦρον Bion. I. 77. etc. proprie, vnguentum mixtum. Call. in H. Pall. 13. μῦρον memorans, v. 16. χρίματα μικτὰ nominat. vbi v. Spanh. Vnguentum fimplex, eft ἔλαιον: e variis odoribus mixtum, eft μῦρον. v. Spanh. ad Call. H. in Apoll. v. 39.

Μυρσίνη, ης, ἡ myrtus. Anacr. IIII. 1.

Μῶνος dor. pro μόνος folus. Call. H. in Cer. 8. 94.

Μωρὸς ineptus, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται, ne ea, quae facias, ftulta fint. Pyth. 27.

N.

Ναίω habito Pyth. 8.

Νεβρὼς dor. pro νεβρὸς Th. XI. 40. a νεβρὸς *hinnulus, cerua iunior.*

Νεηνίης, ion. pro νεανίας iuuenis An. X. 2.

Νεκὺς, υος, ὁ mortuus Bion. I. 71.

Νεμέσητος *culpandus* Tyrt. 26. Schol. ad Hom. Il. γ', 410. interpretatur μέμψεως ἄξιον. conf. Dorvill. ad Charit. pag. 616.

Νέρτεροι, *inferi* An. IIII. 17. pro ἐνέρτεροι Barnes. ait. *Hefych.* νέρτερος ὑποκάτωθεν, ἢ νεκρὸς ὑπὸ γῆν, κατώτερος, καταχθόνιος.

Νῆ num augeat minuatue, nec ne? vide ad Bion. I. 21.

Νηδὺς, ύος, ἡ *venter, vterus* An. 29. 33.

Νηκτὸν, τὸ facultas natandi An. II. 5. vbi v. Barnes.

Νηὸς ion. pro ναὸς, ὁ templum Call. H. in Cer. 134.

Νήχομαι *nato*. Mofch. II. 47.

Νιν pro αὐτὴν Bion. I. 21. Dores etiam ponunt pro αὐτὸν, pro τοῦτο, pro αὐτάς. v. *Maittaire* de dial. pag. 197. 198.

Νόμος lex Pyth. 1. vbi v. notam.

Νόσί-

Νόσιμος, de fructibus aliisque terrae prouentibus, *maturus*. Call. H. in Cer. 136. vbi v. Spanh. et Hesychius interpretatur ὥριμος, etiam *fecundus*, *ſalubris*.

Νυ eſt particula enclitica et poetica; non, otioſa, ſed indiuiduum temporis punctum et praeſentiſſimum ſignificat, nec non cauſſam perorat; *iam*, *nunc igitur* Bion. VIII. 3. conf. Hoogeu. de partic. Tom. II. pag. 798. ſeqq.

Νῶτον, τὸ dorſum Anacr. 29. 39. Moeris pag. 267. Νῶτα, καὶ τὸ νῶτον, Ἀττικῶς. νῶτος καὶ τοὺς νώτους, ἑλληνικῶς. vbi v. Pierſon. et *Herodian. Philaerter.* pag 435. qui τὸ νῶτον, ait, καὶ τὰ νῶτα οὐδετέρως ἐπὶ ἀνθρώπων. bene autem animaduertit Pierſon: recentiores et poetas hanc regulam neglexiſſe. Atque *Thom. Mag.* pag. 637. τὸ νῶτον, οὐχ ὁ νῶτος ſcribit, vbi v. *Oudendorp.*

Ξ.

Ξανθὸς Moſch. II. 68. De hoc vocabulo *Salmaſius* in Plinian. exercitt. pag. 1155. valde copioſus eſt, et more ſuo confuſus, vt eius ſententiam egregie doctam aegre poſſim in compendium redigere. Atticis eſt *fuluus:* Dorici autem generis homines de luteo dilutiore vſurparunt, quem Latini *flauum* vocabant. Nos vulgo *blondum*, quaſi blandum colorem. ξάνθος ἔκλευκος eſt luteus, pallidus, quem colorem ξανθὸν Dores proprie dicebant. ξανθὸς vero Atticis luteus, flammeus, qui et πυῤῥός. Poetae *crocum* ξανθότριχα adpellant, a quo color croceus, hoc eſt luteus: in rubrum vergens. Poetae latini *rubrum crocum* vocant. Quidam τὸ ξανθὸν ſupra πυῤῥὸν collocant in gradibus coloris rubri percenſendis; alii infra.

Ξεστὸς, ἡ, ὸν, raſus, laeuis Tyrt. II. 37. vbi eſt *haſta raſilis* Latinorum.

O.

'Ορεχ-

πρὸς

Ρ.

Στε-

Συνε-

T.

Τελε-

Τιμὰν

Τυτ-

Υ.

Φ.

Φᾶ dor. pro ἔφη dixit, a φημί Call. H. in Cer. 46. φαντὶ dor. pro φασὶ ibid. 53.

Φάανθεν *visae sunt, comparuerunt* Mosch. II. 3. poet. pro φάνθεν, et hoc ion. ac boeot. pro ἐφάνθησαν 3. plur. aor. 1. pass. a φαίνω.

Φαιδρύνω. *abluo, nitidum reddo.* Mosch. II. 31.

Φάμεν dor. infin. a φημὶ dico. Pind. 55.

Φάος, εος, τὸ di s Call. H. in Cer. 83.

Φάρμακον *remedium* Th. XI. vocabulum μέσον est, ac modo venefica, et incantationes: modo medicamina significat. Prioris significatus est apud *Bion.* frag. I. 2. ad quem locum vide *Schwebelium.* vid. etiam Schol. ad nostr. locum Theocriti et Thom. Mag. pag. 883.

Φᾶρος vestis longior, quae aliis superinduebatur, et de virili, non minus quam muliebri vsurpatur. Bion. I. v. 3. 72. vbi vid. Schwebel. Hesych. interpretatur ἱμάτιον περιβόλαιον. vbi vide interpret. et Alberti laudat Schol. ad Hom. Il. Β. 43. (vbi quoque consules Eustath.) et Schroeder de vestitu muliebr. hebr. pag 273.

Φάσκεν 3. sing. imperf. ion. verbi φάσκω poet. pro φημὶ *aio, adfirmo.* Mosch. II. 12.

Φθονερός, ά, (ion. ή) ὸν inuidiosus, malignus An. 29. 38.

Φθόνον (Hierocles interpretatur μέμφιν) ὁπόσα ἴσχει, quaecunque reprehensionem habent, quae reprehendi possunt Pyth. 36. Per μέμφιν quoque reddit Eustath. ad Hom. Odyss. Α. 63. Marcilius malit interpretari *inuidiam.*

Φιαρώτερος *splendidior* Th. XI. 21. vbi v. notam.

Φίλαμα dor pro φίλημα, ατος, τὸ *osculum* Bion. I. 12.

Φιλαψυχεῖν vitam amare, vitae rationem habere Tyrt. I. 18. vbi v. Klotz.

Φιλεῖν



ER-



ERRATA QVAEDAM

Pag. 2. lin. 20. lege *contulimus.*
— 4. — 2. — ἦδον
ibid. — — 7. — ᾄδει
— 6. — 1. — Ἄντ'
— 12. lin. antepen. lege δεῦρ'.
— 13. lin. pen. dele *infra.*
— 14. lin. custod. lege Ὅμως.
— 21. lin. not. 2. lege *ac*
— 23. lin. 4. lege Ἅμα
— 26. lin. 4. pone punctum post ἔλεγχον
— 30. — 7. — — — ἴσω.
— 36. — 13. lege, *quam.*
— 43. — 2. — τῆσδε.
ibid. — — 7. pone punct. in fine.
— 46. lin. 1. lege θνητοῖσιν
— — — 2. — Ζωός.
— — — — — πεσών. cum puncto.
— 47. lin. 2. lege Θαρσεῖτ'
— 48. lin. 1. — ἴστε
— — not. 15. lin. 1. lege Οὐδ' εἷς δ' ἂν
— — ibid. lin. 4. pone punctum post *Graecismus.*
— 54. lin. 3. lege ὀδύνηρον
— — — 11. — ἴκελοι, πήχυιον
— 55. lin. 2. pone colon post γίγνεται
— — — 5. lege ἱμεῖρον
— — — 6. pone punctum ante οὐδέ
— 56. lin. 1. lege αὐτῷ
— — — 2. — εἰσαναβῇ
— — — 5. dele comma ante ἄκρον
— — not. 4. lin. 6. dele punctum post *Panthea*
— 68. not. 16. lin. 10. lege *soleas*
— 75. lin. 1. dele comma post δ'
— 82. — 2. lege ἐμὶν, et in fine versus scribe comma

Pag.



Pag. 85. lin. 2. lege ἒυρε
— 87. — 6. dele punctum in fine versus.
— — — 9. lege ὡυτὸς
— 90. — 8. — ἦμες
— 92. — 2. — Ἀι
— 112. — 3. — ἔκλαυσεν
— 121. not. 96. lin. 1. lege *at*
— 130. lin. 1. lege Ἦν
— 128. — 1. — ἅιματος
— — — 10. — ἦν
— 141. — 2. — ἐθείρην
— — — 4. — πυῤῥῦτο
— 159. not. 27. lin. 5. lege *Hoogeu.*
— 168. lin. 8. lege ἀν'
— 169. — 3. — Ἦν -- ᾗ
— 176. — 1. — τὰν
— 184. — 7. — Σικελίᾳ
— 189. — 7. pone virgulam -- post κατω
— 192. lin. pen. scribe *h. l. cum*
— 193. lin. 10. not. lege *vsus et sup.*
— 196. not. 174. lin. 2. lege μέριμνα
— 199. lin. 17. lege *formosas*
— 200. lin. antepen. lege *his*
— 202. lin. 3. dele punctum post ἦλθες
— 206. — 3. lege μὴ
— 214. — 5. — Κᾄπειτα
— 224. — 2. — κελαίνᾳ
— — — 9. pone colon post τῇδε
— 225. lin. 5. lege μ'

Reliqua ipse emendes quaeso.



